oris Armaturae Magnifici Thesaurarij Regni mediante Assigna-
tione Illustris Castellani Cracouiensis Supremi Ducis Exerci-
tus Regni, exoratus, allevianda Bona Clavis Eminen: Mensa Ar-
chiepiscopalis Gnesnen: adqua Assignatio regulata, pralibatus
Venerabilis Protestans actualiter Floren: 1940. exsoluerit,
prout Recognitio ab eadem Cohorte Super eo data edixerit. Ad
hac titulo Delata in varijs Bonis eiusdem Mensa Archiepisco-
palis Ordinata Sunt 2584. Floren: Polon: et Gross: Quatuordecem
ad Dispositionem eiusdem Generosi olim Michalski, uti Quietan-
tia enuntiant. Qua protacta summa in unum computata, effici-
unt Summam 16545. Floren: Polon: gross: undecem in praallega-
ta Assecuratione contentam, nihilominus predicti Successores
eiusdem olim Gnosi Michalski obdestinati et certiorati de pra-
missis, ac requisiti, hancce assecurationem restituere detrectant,
et recusant. Quare ad evitandas exinde nocivas et Praju-
diciosas, praerecensitus Venerabilis Abbas qua Commissarius
Hybernalis iterum atq; iterum Solenniter protestatus et ma-
nifestatus est. Offerens Sese quamprimum ratione horum Jure
Acturum, et Justitiam in Tribunali Regni, quod Forum Sibi
per presentem Actum eligit et praeservat vindicaturum Salvo
omni J. Sibi reseruato. pro majorig Firmitate, manu propria
. Se Subscripsit Hieronymus Wysocki Abbas Tremesnensis
Gnesnen: Vladislavien: Custos nrpe. Quam eiusmodi Lr.

testationem Sic ut premissum factam, Nos firmam ac de jure
validam habere volentes, eandem ad Acta presentia Suscipi inscri:
bi et ex ijsdem descriptam Parti Postulanti authentice extradi
permisimus. In Quorum Fidem &. Actum ut sup^a. Relatis ut sup^a.

Remanifestatur Gnosus Limont Capneus So:
kolovien contra Mãgcam Isabellam Sapiezan
ka Mãgci Fleming Consortem Divortialam

P.

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis Pra:
sentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter
comparens Gnõsus Florianus Limont Capitaneus Sokolovensis
Stulicus Noster, Solenniter in et contra Gnõsam Isabellam Fran:
ciscam Comitijsam Sapiezanka Mãgci Jacobi Henrici Comitis
à Flemming Stabuli Magni Ducatus Lithuania Supremi Profe:
cti, Exercitus Nostri Saxonici Feldmareschalci quondam Consor:
tem eiusq; Protestationem coram Actis Castrensibus Capitanea:
libus Varsavien Feriâ Tertiâ post Festum Conversionis Sancti
Pauli Apostoli proxima. Anno Domini Millesimo Septingentesi:
mo Decimo Sexto factam, ex copia parata reprotestatus est, Dq; pro:
co: Quod eadem Gnõsa Comitijsa Sapiezanka ausa sit Sibi Gnõs
Reprotestanti absq; Fundamento imputare, acsi idem progrio
temerario et fraudulento ausu praesumpserit Literas Parochi
Sadlinensis in fraudem Magnificorum Sponsi et Sponsæ Matri:
monium protunc Trebnicij contrahentium non Solum fabrica:
re et compilare / cum tamen id factum sit bonâ Fide, optima In:
tentione et Consilio Sacerdotis Theologi Capellani Trebnicensis
Eodem contextum dictante, in bonum et commodum copulan:
dorum, intuitu futura per Proprium Parochum Ratihabitionis
Sadzinen, et Sine ulla Dergiversatione dandi Testimonij, nul

tum

lum intecessisse canonicum Impedimentum, alijsq; ex rationi-
bus affectum potius, quàm Fraudem erga Magcos Copulandos
exprimentibus in tractu Processus allegatis) verum etiam Ma-
gnifico Comiti de Heming Divortium seu Actionem de nulli-
tate Matrimonij instituendam, et Se Reprotestantem, in Testem
Eundem persuadere, Juramentum prestare, aliaq; Actionem Divor-
tij seu nullitatis Matrimonij concernentia, instu particularis
erga Magnificum Comitem a Heming affectus et Favoris, inire et
peragere, cum tamen constet primo hanc Separationem à Gene-
rosa Comitissa Sapiezanka Superius dicta, toties quoties, ejus
desideratam. 2do. Citationibus, Adcitationibus, tàm Reuerendi
in Christo Patris Domini Episcopi Premisliensis, quàm S.a Nun-
ciatura Apostolica insinuatis, Se Reprotestantem in Testem
hujus Negotij inductum, Sicq; inducto Juramentum Judiciali-
ter injunctum fuisse, idesq; veraci Suo, alijsq; multis (quemad-
modum Binis id patuit Judicijs) Documentis suffulto et proba-
to, Testimonio, nec Deum Optimum maximum offendisse, nec Perju-
rium commisisse, nec Sacramentum irritasse, nec Jacturam
Honoris et Fortunæ Gnosæ Comitissæ Sapiezanka Supramem-
rata causasse, Siquidem volenti nulla fiat Injuria, Parsq; vi-
cta Victori in Litis expensas sit condemnata. Quapropter idem
idem Gnōus Limont contra eandem Gnosam Comitissam
Sapiezanka Protestantem, Eiusdemq; Protestationis Injuri-
osa contenta, iterum atq; iterum Solennissime reprotestatur,
Offerens Sese cum eadem Gnōa Protestante in Foro compe-
tenti Jure acturum, Lasionem, Injuriam, imputatam Ignō-
miniam Famasq; Protestatione Sua meritas vindicaturū

Salua eiusdem Reprotestationis Sua melioratione, auctione,
Correctione, minutione restrictione, amplificatione Sibi re-
seruata, et Integro Jure ad id præcustodito. Pro majori vero Fir-
mitate manu propria Sese Subscripsit. Florianus Limont. mpp.
Quam eiusmodi Reprotestationem Sic ut præmissum factam
Nos firmam ac de Jure validam habere volentes, eandem ad
Acta presentia Suscipi, insenibi, et ex ijsdem descriptam Parti
Postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum Fi-
dem &. Actum ut Supra. Relatis ut Sup.a

Actum Varsaviæ Feriâ Quintâ Magna
Die Scilicet Vigesimâ quintâ Mensis
Martij Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Decimo Septimo

Ad Relationem eusd. Illmi et Excellmi Dni Supmi Cancellarij Regni.

V.S.

Protestatur Gnosus Swieszewski contra GG.
Vicecapneū Castren.& Regen. Zakroczymen.& Jalinski

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis presen-
tibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris compa-
personaliter Gnosus Joannes Swieszewski, Sus et Gnosorū Anto-
nij et Francisci Swieszeuskich Fratrum Suorum Nomine Solen-
niter manifestatus et protestatus est, in et contra Gnosos
Lempicki Vice Capitaneum Castrensem, et Nowowiejski Re-
gentem Terrestrem Zakroczymen, atq; Albertum Jalinski
Partem ipsorum adharentem, Idq; in eo: Quia cum Decretum
Tribunalis Regni Petricouien. Feria Quinta post Domini:
cam Invocavit Quadragesimalem proximâ Anno presenti
inter Protestantem, et eundem Gnōsum Jalinski intercessisset,
eodemq; Decreto Condescensio Officij Castrensis Zakroczymens

ad

ad reinducendum ipsum in Fundum Zaydy Protestantis proprium et jam adiudicatum, dignoscendosq; Proventus per: ceptos injuncta esset; idem Dnõus Palinski contra Mentem Decreti Tribunalitij, cui Conductio Officij pleni injuncta est Suprascriptum tantum Dnõum Vice Capitaneum Castren Zakroczymen cum Dnõo Regente, neglecto Dnõo Notario, cui id Muneris erat juxta Leges Regni, nam Dnõo Regenti Solius Cancellaria Curam administrare, non vero Actus Ju: ridicos præcipuè ex Decreto Suprema Instantia Tribuna. lis Regni exercere) incumbebat, et Statuta Regni, atq; excepta Ducatus Masovia Suadent, conduxit, Qui Dnõus Vice Capitaneus non attenta Exceptione et Illatione Pro: testantium, ex quo non sit Plenum Officium, prout Decre: tum Tribunalium proscripsit, ad Reinductionem se contu: lit Juramenta injunxit non obstante Reclamatione ex: plere extunc mandavit, Puncta Pretensionum Eorum, qua jam per Inquisitionem eductam, et in Judicio Tribuna lis Regni Petricovien reposita abolita erant, iterũ iterum resuscitavit Inquisitionem auscultavit, et Decretum Grauaminosissimum in favorem Partis Suæ adhærentis protulit, cum vers præmissa sint in Convulsionem Sacrosancti Decreti: Tribunalitij, atq; contra mentem Legum Regni acta et exe: cuta: Proinde Suprascriptus Protestans de nullitate totius Actus ex quo plenum non aderat Officium, atq; de grauami: ne Sibi illato, quam Solennissimè iterum, atq; iterum mani: festatur et protestatur Salua meliorationc Sibi reseruatâ. Pro majori vero Firmitate manu Suâ propriâ Subscri:

pstt. Jan Swieszewski. Quam eiusmodi Protestationem sic ut
pramijsum factam &oz ad Acta presentia suscipi inscribi et ex
ijsdem Parti Postulanti authentice extradi permisimus. In Quo-
rum Fidem &. Actum ut supra.

Actum Varsaviæ Feriâ Sextâ in
Die Parasceve, Die scilicet Vigesi-
ma Sexta Mensis Martij Anno Do-
mini Millesimo Septingentesimo
Decimo Septimo

Ad Relationem Illustrissimi Domini Supremi Cancell: Regni.

Relatio Ministerialis Regni Inâlis positi Ar-
resti super Summas et res mobiles morte Generosi
Michâlski derelictas

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod veniens personali-
ter ad Acta presentia Mestices Regni Cancellariæ Nostræ Ma-
joris Nobilis Andreas Kietlinski Ministerialis Regni Genera-
lis in vim sua vera ac fidelis Relationis palam Libere, public
recognouit. Quia ipse ad Requisitionem Venerabilis Hierony-
mi Wysocki Abbatis Premesnensis Gnesnensis et Vladislavien
Custodis, habitis Duobus Secum Nobilibus, videlicet Antonio
Orłowski et Vladislao Rawicki, Die hodierna in actu Con-
tenta, ad Residentiam Egregi Josephi Rudnicki Vexilliferi Brid:
gostiensis Notarij Thesauri Quarta Regni condescendit, ibi:
demq; in absentia illius apud Eosum —— Zoraxdowski
Regentem Cancellariæ Thesauri Quarta Regni, res omnes Mo-
biles Pecunias et Scripta, morte Egregi olim Thomæ Michalski
Notarij Thesauri Regni derelicta Ipsius propria, Succesoresq;
illius quosuis modo concernentia, arrestauit, et ne Eadem
extradant

extradantur inservizit, quod Arrestum idem Gnōsus Loraddowski taliter per se factum Suscepit. Quam eiusmodi Ministerialis Relationem Nos ad Acta presentia Suscipi inscribi, et ex ipsa descriptam Parti Postulanti Authentice extradi permisimus. In Quorum Fidem &. Actum ut supra.

Actum Varsauia Feria Quarta post Festa Solennia Paschatis proxima Die Scilicet Trigesima prima Mensis Martij Anno Domini Millesimo Septingentesimo decimo Septimo.

Ad Relationem Illrmi et Excellmi Domini Joannis in Stu: pow Szembek Supremi Cancellarij Regni Lomzen &c. Capitanei Quietat Gnōsus Liping Gnosa Węgielewiczowna Minorennem et Rndus Szembek Epp̃um Posnanien. Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Gnōsus Josephus Liping Gnōsi olim Georgij Liping Majoris Nostri cum Gnōsa olim Justina Porwaniecka procreatus Filius, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibuscuis proprijs, huic autem Jurisdictioni Nostra Regia, quoad infrascripta recognoscenda attinet Sese Subijciendo et incorporando, palam libere ac bene cuole recognovit. Quia ipse tam Gnōram Mariannam Węgielewiczowna Gnōsi olim Nicolai Joachimi Węgielewicz Majoris Nostri derelictam Filiam Minorennem de Summa Trecentorum Florenorum Polonicalium, per memoratum Gnōrum Węgielewicz Parentem Sibi Recognoscenti realiter et effective in antecessum exoluta, quam et Reverendum in Christo Patrem Christophorum Antonium

in Stupow Szembek Episcopum Posnaniensem, eiusq; Successores
legitimos de Summa Centum Triginta Trium Florenorum grosso-
rum Decem per se Recognoscentem ab eodem ad presens levata
ex Residuitate pro pretio Bonorum Zelazna in Palatinatu Ma:
sovia Sitt. et jacent. se Recognoscentem juxta obloquentiam
Contractus Sub Dato in Czersk Die tertia Augusti Anno Mil-
lesimo Septingentesimo Decimo tertio, iniiti, et Actis Castronsi-
bus Czernensibus Feria Quinta post Festum Sancti Petri in
Vinculis proxima Anno eodem roboratti concernenti, omnibusq;
alijs quibusvis Prætensionibus qua Sibi Recognoscen. quocunq;
titulo et protextu ad memorata Bona, jam alias per se officiose
resignata Servire prsent. Nihil sibi, Suisq; Successoribus reser-
vando et pracustodiendo, ob prestitam totaliter in Premijs
Satisfactionem, quietat, emittit, et Liberos facit perpetuo et in-
evum. Hac Sua personali Recognitione ad premissa mediante.
alias in Forma Quietationis de Jure firmissima et perfectissima.
Pro majori vers firmitate manu propria se Subscripsit. Joseph.
Lipink. Quam eiusmodi Quietationem, Sic ut premissum factam
et recognitam, Nos firmam, ac de Jure validam habere volentes,
eandem ad Acta presentia Suscipi, inscribi, et ex ijsdem descript.
Parti Postulanti Authentice extradi permisimus. In Quorum
Fidem &. Actum Varsaviæ ut Supra.

Transportat Summa 10. Floren. Polon una cu
censu annuo de Bonis Podgaie in Bona Milav:
czyce Rndmus Szembek Primas Regni &. M.D.L.

Augustus Secundus &. Significamus &. Lubd coram Actis
presentibus

præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris comparens
personaliter Reverendissimus in Christo Pater Dominus Stanislaj
in Stupow Szembek Dei Gratia Archiepiscopus Gnesnensis Legatus
Natus Regni Poloniæ et Magni Ducatus Lithuaniæ Primas Primusq
Princeps uti Bonorum Milawczyce in Palatinatu Sendomiens
jacentium Hæres Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro,
Terris et Jurisdictionibus Suis quibus suis proprijs, huic autem
Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad infrascripta recognoscenda atti-
net, Sese Subyciendo et incorporando, palam Libere ac benevole
recognouit, præsentibusq recognoscit. Quia ipse Venerabili Capella-
no Seu Prebendario Confraternitatis Sanctissimi Rosarij in Ec-
clesia Villa Zielenice in Palatinatu Cracouiensi jacentis nunc et
pro tempore existenti, Summam Septingentorum Florenorum Polo-
nicalium Census Annui, pro Summa Capitali Decem millium
Florenj Polonj Moneta et Numeri in Regno Currentis, quemlibet
Florenum Triginta grossis polonicalibus computando, per olim
Magnificum Franciscum Szembek Castellanum Camenecensem,
eidem Venerabili Prebendario Super Villa Sua hæreditaria Podgaie
nuncupata in Palatinatu Cracouien Sitt. inscripta, et Erectione
hujus Prebendæ Authoritate ordinaria Anno Domini Millesimo-
Sexcentesimo Nonagesimo primo Die vigesima octaua Mensis
Novembris facta, approbata, Libertatiq et Immunitati Ecclesiasti
cæ, atq Ecclesiæ Zielenicensi adscripta, et incorporata, emundando,
et deliberando, ab onere Inscriptionis Census hujus reemptionalis, et
a Summa Capitali Supraspecificata, Bona prædicta Podgaie, Di-
visione Substantia post Fata prædicti Magnifici olim Francisci
Szembek Castellani Castellani Camenecensis inter Magnificos

Filios eius facta Successoribus Magnifici olim Proclai Szembek
Castellani Vrsynicensis cepsa, ne propter onera aliorum Credito-
rum prefati Magnifici Castellani Vrsynicensis ad predicta-
Bona Podgaie Concurrentium hac pia Fundatio vacillet, aut
extinguatur: Jam ea nunc et de facto in Bona Sua Hereditaria
Milawe Zyce in Palatinatu Sendomiriensi jacentia, Sibi Reco-
gnoscenti erga alios Fratres Suos, justa et aequali Divisione, cepsa,
eidem Summa juxta Dispositionem Juris aequivalenter correspon-
dentia transtulit et transportavit ac transcripsit, prout pri-
dem eandem Summam cum Censu Annuo quotannis juxta De-
terminationem Tenoris in originali eius Inscriptione prefixi
et assignati transfert, transportat, et in vim Transportatio-
nis Super ipsdem Bonis Suis Hereditarijs Superius Specificatis
Milawe Zyce, Bieglow, Nierzecyce, omnibusq; illorum Utilita-
tibus, Fructibus, Proventibus, Reditibus, emolumentis, Commodis,
et obuentionibus, attinentijs et Pertinentijs reemptionaliter, alias
na Wyderkauf inscribit, vendit, et assecurat, perpetuo et in evum.
Quem quidem Censum Reemptionalem Septingentorum Floreno-
rum Polonicalium, idem Reverendissimus in Christo Pater Dominus
Recognoscens cum Suis Successoribus, et eorundem Bonorum Mila-
czyce, Bieglow, Nierzeczyce, pro tempore haeredibus et Posteritatis,
annuatim duabus temporum Rathis, primam quidem Rathan
Trecentorum Florenorum Polonicalium Prebendario pro tempore
existenti, pro Musica vero et Fabrica Ecclesie Quinquaginta
Florenos polonicales pro Festo Natiuitatis Sancti Joannis Ba-
ptista, alteram vero Similem Rathan, itidem Trecentorum Flo-
renorum

renorum Polonicalium, eidem Prabendario pro tempore existen.
pro Musica vero et Fabrica Ecclesia prefata Quinquaginta Flore.
norum Polonicalium pro Festo Nativitatis Christi Domini,
Incipiendo Solutionem eiusdem Census à Festo Nativitatis
Sancti Joannis Baptistæ, et Sic consequenter Singulis Annis
Festis atq; Ratis Suprascriptis absq; quauis Dilatione, et retar.
datione, ad manualem eiusdem Venerabilis Prabendarij Quieta.
tionem perpetuis temporibus dare Soluere, realiter et in effectu
numerare tenebitur, et teneburtur, idq; Sub Vadio Similis Sum.
me Septingentorum Florenorum Polonicalium, ob non Satisfacti.
onem presentiq; Inscriptioni Contrauentionem, eidem Venera.
bili Prabendario Succumbendo. Dequo quidem Censu Venera.
bilis Prabendarius pro sua Persona Sexcentos Florenos poloni.
cales, Quinquaginta autem Floren polond pro Cantore et Orga.
nario Supradicta Ecclesia percipiet et annuatim distribu
et. Qui Cantor et Organarius Venerabilem Prabendarium in Re.
citatione Rosarij adjuvare cum Schola et Missas votivas Die.
bus Sabbathivis, ac Dominicis cuiuslibet Mensis, tum et Miss.
as de Requiem decantare, et alias obligationes Confraterni.
tatem concernen obire tenebuntur. Residuum vero Census
Quinquaginta Florenorum Polond pro Fabrica Ecclesia Zieleni.
censis quotannis ad manus Religiosi Rectoris Collegij Do.
mus Probationis Societatis JESV Cracouien prævia eius ma.
nuali Quietatione reponere et Soluere, et hoc onera quæ in
prefata Erectione Specificata Sunt, prafatus Venera.
bilis Prabendarius atq; Cantor et Organarius ferre et

absoluere pro hoc Censu percepto debebunt. Intromissionem in
Bona prafata, Summâ hâc Reemptionali et Censu annuo per-
presentem Inscriptionem onerata, realem cum actuali et paci-
fica possessione per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles
duos quosvis, facilius pro illo tempore conducendos officiosè ac-
ceptandam dat et admittit. Submittit se preterea idem Reue-
rendissimus in Christo Pater Dominus Recognoscens Suis cum Suc-
cessoribus Sanguinis de Bonis suis generaliter omnibus, pra-
fatum Venerabilem Prabendarium ab omnibus generaliter Im-
pedimentis Iuridicis et extrajuridicis, omnium et Singularum
Personarum propinquarum et remotarum Status Sexus et Con-
ditionis cujusvis existen, tam respectu Bonorum quam et Sum
me principalis, Censusq; annui, quod Censum hunc pacifi-
ce percipiet, nullumq; tàm in Summa principali quàm Cen-
su annuo quotannis persolvendo patietur Detrimentum,
tueri, defendere, evincere, eliberare, et intercedere, Indemnemq;
Ipsum Semper toties, quoties opus fuerit reddere, idq; Sub va-
dio Securitatis Summa Principali correspondenti in casu alicu-
ius exorti Impedimenti, et non facta Tuitionis, Euictionis et
prafati Census quotannis non Solutionis, ad Solvendum irre-
missibiliter Succumbendo. Pro quo quidem Vadio Seu qui-
busvis vadijs taliter exinde Succubitis, Citatus existens,
Seu Sui Successores Sanguinis citati existentes, ex Instantia
Venerabilis Prabendarij Suprafati, ad officium Castren Capita-
neale Sendomirien, in primo Citationis Termino absq; omni

Dilatione

Dilatione Appellatione eiusq prosecutione peremptorie respon-
dere tenebitur et tenebuntur. Alias in Forma Inscriptionis Re-
emptionalis de Jure plenissima et perfectissima. Pro majori
veró Firmitate, manu propria Sese Subscripsit. Stan: Szem-
bek, Archiep's Gnesn's Primas. mpp. Quam eiusmodi Inscri-
ptionem Reemptionalem Sic ut pramissum factam et Recogni-
tam, Nos ratam et firmam habere volentes, eandem ad Acta
presentia Suscipi, inscribi, et exipsem descripto, Tarti Postu-
lanti Authentice extradi permisimus. In Quorum Fidem &.

Cedit Magcus Joannes Szembek Sigmus
Cancellarius Regni de Summa 6116 Flor: gross: 20. in Person: G. Anna Obolinska Subdap: Sendoms: VG.

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis pra-
sentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris persona-
liter comparens Magnificus Joannes in Slupow Szembek
Supremus Cancellarius Regni, Lomzensis Graudentinensis
Capitaneus, Sanus Mente et corpore existens, recedendo à
Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis propriis, huic autem
Jurisdictioni Nostra Regia, quoad infrascripta recognoscen-
dum, Sese incorporando et Subjiciendo, palam, Libere ac
benevole recognouit, presentibusq recognoscit. Quia ipse
Gnosa Anna de Slupow Gnosi —— Obolinski Subdapi-
feri Palatinatus Sendomiriensis Consorti legitima Filia-
stra Sua, illiusq Successoribus, jam exnunc et defacto de Sum-
ma Sex Millium Centum Sedecem Florenorum Polonica-
lium grossorum Viginti Curren: in Regno moneta ex dum:

ma Quatuordecem Millium Centum Sexdecem Florenorum
grosorum Viginti polon ad Complementum originalis Sum-
ma Triginta Millium Florenorum polon Magnificam olim An-
nam Barbaram de Rupniewo, Magci olim Francisci Szem-
bek Castellani Camenecensis Consortem Legitimam Matrem
Suam concernentis Vigore Divisionis Bonorum Maternorum
restanti ad Se Recognoscentem ergo olim Generosum Francis-
cum Szembek Dapiferum Regni Fratrem Suum Germanum
Spectanti et pertinenti de Bonis Mitawczyce Brzeżno et Rie-
czyce in Palatinatu Sendomiriensi Sitis, Reverendissimi in
Christo Patris Domini Stanislai in eadem Słupow Szembek
Archiepiscopi Gnesnensis Legatinati, Regni Poloniae et Magni
Ducatus Lithuaniae Primatis Primiq; Principis, Hereditarijs
Vigore memorata Divisionis ad Solvendum Sibi proveniен-
ti, totaliter et plenarie cessit et condescendit, prout presenti-
bus cedit et condescendit, totumq; et integrum Jus Suum, quod,
quantum et quale Sibi Recognoscenti ad eandem Summam
Sex Millium Centum Sexdecem Florenorum grosorum Viginti
Polonicalium Vigore Divisionis Suprafatae competebat, inter-
sonam eiusdem Dnōe Annae de Słupow Ostrowska Subdapi-
ferae Sendomiriens, illiusq; Successorum, realiter et effectualiter
transfert, transportat, et derivat, per ipsam, eiusq; Succes-
res Suprano minatam Summam presentibus cessam, uti Suam
propriam de Bonis Superius nominatis levandi numerandi,
possidendi, donandi, dandi, abscedendi, ac pro Libitu Suo,

in

in Suos, et Successorum Suorvis beneplacitos usus conver-
di presentis Cessionaris Inscriptionis vigore. Alias in Forma
Inscriptionis, Cessionis Iurisq; Transfusionis de Iure pleniss-
sima et perfectissima. Pro Majori vero Firmitate manu ppria
Sese Subscripsit. Ioannes Szembek Supremus Regni Cancella-
rius. Quam eiusmodi Inscriptionem Cessionariam, sic ut pra-
missum factam et recognitam, Nos firmam ac de Iure valida
habere volentes, eandem ad Acta presentia Suscipi inscribi
et ex ijpdem descriptam Parti Postulanti authentice extradi
permisimus. In Quorum Fidem &. Actum ut Supra.

Debet Magnificus Szembek Supremus Can-
cellarius Regni Summã 4000. Floren. Polon. V.G.
Gnosa Anna Osbolinska Subdap: Sendomir

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis pra-
sentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris com-
parens personaliter Magnificus Ioannes in Stupow Szem:
bek Supremus Cancellarius Regni Lomzensis Graudenti
nensis &. Capitaneus, Sanus mente et corpore existens,
recedendo a Foro Terris et Iurisdictionibus Suis quibus:
vis proprijs, huic autem Iurisdictioni Nostra Regia,
quoad infrascripta recognoscenda attinet, Sese Sub:
ijciendo et Incorporando, palam, Libere ac benevole
recognovit, et presentibus recognoscit. Quia Ipse Gene
rosa Anna de Stupow Filiastra Sua, Gnosi vero ——
Osbolinski Subdapiferi Sendomiriensis Consorti legitima
eiusq; Successoribus Summam Quatuor Millium Flo:

rënorum Polonicalium Moneta in Regno Currentis Justi,
veri, ac liquidi Debiti tenetur ac debet, eandemq; Summam
in et Super Bonis Suis hereditarijs villa Kolosy dicta in
Palatinatu Sendomiriensi Sitt. et jacend inscribit et assecu-
rat. A qua quidem Summa Quatuor Millium Florenorum
polonicalium Censum annuum per Florenos Septem à Cen-
tum numerandos quotannis pro Festo Sancti Joannis
Baptistæ, Incipiendo ab anno presenti, tamdiu quo-
usq; Summa principalis totaliter et in effectu persolu-
ta non fuerit, Sese ad manus Ejusdem Anne de Slupow
Ostrorogska Supranominata eiusq; Successorum pra-
via eorundem manuali Quietatione Solituru
una cum Successoribus Suis obligat, idq; Sub Vadio Simi-
lis Summæ in casum Contrauentionis et non Exsolutionis
annui Census per Se Recognoscentem et Successores Su-
os irremissibiliter Succumbendo. Pro quo citatus Seu
Successores Sui citati, ad officium Castrense Capitaneale
Sendomirienses in primo Citationis termino, absq; qua-
vis Dilatione, appellatione, eiusq; Prosecutione perem-
ptorie respondere tenebitur, ac Sui Successores tenebun-
tur. Alias in Forma Inscriptionis Debitoreæ de Jure
plenissima ac perfectissima. Pro majori vero Firmita-
te manu propria Sese Subscripsit. Joannes Szem-
bek Supr: Regni Cancellarius. Quam eiusmodi Inscri-
ptionem Debitoream Sic ut premissum factam et
recognitam

recognitam Nr firmam ac de Iure validam habere volentes eandem ad Acta præsentia Suscipi inscribi et ex ijsdem Parti Postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum Fidem &. Actum ut Supra.

Ordinat Plenipotentes Magnificus Joannes in Stupow Szembek Supmus Cancell: Regni

vP.

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Magnificus Joannes in Stupow Szembek Supremus Cancellarius Regni Lomzensis Graudentinensis & Capitaneus, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Toto Terris et Jurisdictionibus Suis quibusvis pro ijs huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad infrascripta recognoscenda attinet, Se se Subijciendo et incorporando palàm libere ac benevole recognovit et Præsentibus recognoscit. Quia ipse in suos veros, legitimos ac indubitatos Plenipotentes Procuratores ac Nobiles Adamum Deręgowski Vicejnstigatorem Regni —— Kossowski Thesaurarium Podlachiæ, Fabianum Kijowski Judicem et Vicecapitaneum Ciechanoviense, Leopoldum Bardzinski Regentem Castrensem Sochaczoviensem, Fabianum Rybczynski Notarium Referend. Regni, Michaelem Nagrodzki Secrs Nostrum —— Kozłowski Francisco Janis Zewski Administratorem Bonorum Suorum, Idq; ad causas et Actiones Suas judiciarias in quovis Judicijs et Officijs Regni, ac Judicijs Spiritualibus tam ex Actoratu quàm et reatu Suo cum quibusvis Personis incidentes, fecit constituit et ordinavit, facit, constituit, ac ordinat ad integrum Triennium. Dans et concedens ijsdem Plenipotentibus Suis plenariam Facultatem et Potestatem Easdem Causas cum

Quibusuis Personis Nomine Suo promovendi agendi et Defen-
dendi Exceptiones Juridicas inferendi Juramenta auscul-
tandi et defendendi, Decreta pro Parte Sui Recognoscentis la-
da acceptandi, a Gravaminosis vero in Minoribus Subsellij
latis, ad majus Subsellium movendi Motiones prosequen-
di, Penas Judiciarias levandi de Levatis et perceptis quie-
tandi, Executiones Decretorum urgendi, Intromissionem ac-
ceptandi, aliaq; in Premissis fieri Solita et opportuna, acve-
ros et legitimos Plenipotentes concernentia faciendi et exe-
quendi, alios Plenipotentes in Locum Sui cum Simili vel li
mitata Potestate Substituendi et Substitutos revocandi, Ca-
vens ac Sese Submittens in totum quidquid per memoratos
Gnōsos ac Nobiles Plenipotentes Suos factum gestumq;
fuerit in rem et commodum Sui Recognoscentis pro rato et
grato Suscepturum. alias in Forma Plenipotentiæ de Jure
Firmissima amplissima et perfectissima. Quam pro majori
Firmitate manu propria Subscripsit. Joannes Szembek Su-
premus Rni Cancellarius. Quam eiusmodi Plenipotentia.
Sic ut premissum factamq;os ratam ac de Jure validam
habere volentes eandem ad Acta presentia Suscipi inseri-
bi et ex ipsdem Parti Postulanti authentice extradi permitti-
mus. In Quorum Fidem &. Actum ut Supra ℔.

Oblata Consensus Regij cedendi de Capñeatu Visliciensi Gnōsa Catharina Potocka Gnosi de La-
moth Consorti in Personam Magnifici Josephi Po
tocki Palatini Kijovia ℔.

Augustus Secundus ℔. Significamus ℔. Quod coram Actis pra-
sentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris com
parens

parens personaliter Nobilis Albertus Podgurski obtulit ad
acticandum Actisq Presentibus inscribendum Literas Con.
sensus Nostri Regij cedendi de Capitaneatu Visliciensi Le.
nensa Catharina Potocka Gnosi de Lamoth Generalis Majoris
in Exercitu Regni Consorti in Personam Magnifici Josephi
Potocki Palatini Kijovia manu Nostra Subscriptas et Sigil.
lo minori Regni communitas Sanas Salvas et illasas ut.
iaq prorsus Suspitionis nota carentes tenoris Sequentis:
Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux
Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masovia Samogitiæ Kijovia,
Volhyniæ Podoliæ Podlachiæ Livoniæ Smolenscia Severiæ
Czerniechoviæq necnon Hæreditarius Dux Saxoniæ et
Princeps Elector. Significamus præsentibus Literis Nostris
Quorum interest Universis et Singulis. Consensisse Nos et
permisisse, consentireq et permittere Gnosa Catharinæ Po.
tocka Aim Gnosi Francisci Denhoff Capitanei Visliciens
Secundarum verò ad præsens Ruptiarum Gnosi de Lamoth
Generalis Majoris in Exercitu Regni Consorti, ut posit et
valeat de omni et integro Jure Suo advitalitio quod ipsi
Super Capitaneatum Visliciensem in Palatinatu Sendo.
miriensi Sib. Servit et competit cedere illudq in Personam
Magnifici Josephi Potocki Palatini Kijoviæ, Halicienſis Le.
Zaycensis, Colomiensis, Sniatynensis Capitanei plenariè
transferre et transfundere. Quo quidem Cessio, Juris q.
transfusio, postcaquam coram Actis quibuscunq Authen.
ticis Regni facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et
gratam uti eam quo de Consensu Nostro peragetur, Labi
turi Simus. Vigore cuius Cessionis præsentisq Consensq

Nostri memoratus Magnificus Josephus Potocki Palatinus Kijovie
Suprascriptum Capitaneatum Visliciensem cum Oppido omni-
bus q Villis Pradijs, adificijs, agris Praxis campis pascuis Flu
vijs Stagnis Lacubus, Piscinis Molendinis Sylvis Nemoribus
Tabernis Subditis Cmethonibus, cunctisq in universum Attinen
et Pertinentijs eo antiquitus spectantibus, tenebit, habebit et-
possidebit, ad extrema vitæ Ipsius tempora. Promittimus autem
pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nostris, non ese Nos Su-
pramemoratum Magnificum Josephum Potocki Palatinum Kijo.
vie ab usu et Pacifica Possessione dicti Capitaneatus cum omni.
bus eius Attinentijs, amoturos aut alienaturos, neq amovendi,
aut alienandi cuipiam Potestatem daturos, Sed Salvum et
integrum Jus Adnitalitium ipsi conservaturos, quod et Sere.
nissimi Successores Nostri prestabunt Juribus Nostris Regali
bus, Reipúca Ecclesiaq Catholica Saluis manentibus. In Cuius
Fidem Præsentes manu Nostra Subscriptas, Sigillo Regni com-
muni jussimus Datum Varsauiæ Die XV. Mensis Martij Anno
Domini MDCCXVII. Regni vero Nostri XX. Anno. Consensu
cedendi de Capitaneatu Wisliciensi in Palatinatu Sendomi.
riensi sito Gnosa Catharina Potocka Gnosi olim Francisci Den:
hoff Capitanei Visliciensis, Secundarum vero ad præsens Nu
ptiarum Generosi de Lamoth Generalis Majoris in Exercitu
Regni Consorti, in Personam Magnifici Josephi Potocki Pala-
tini Kijovie, Haliciensis, Terrayscensis, Kotomiensis, Sniaty-
nensis Capitanei confertur. Augustus Rex. Locus Sigilli mi-
noris Regni. Franciscus Thadæus Krotonski Dapifer Bracla
uiensis S.R.M.tis et Minoris Sigilli Regni Secretarius mpp.
Quas eiusmodi Consensus Nostri Literas superius descriptas
Nos

Nos ad Acta presentia Suscipi inscribi et ex ipsdem fideliter descri-
ptas Parti Postulanti authentice extradi, Originale vero rurs⁹
Nobili Offerenti restitui permisimus, de quo recepto Cancellario
quietauit, et pro Majori Firmitate manu propria se subscri:
psit. Woyciech Lodgorski. In Quorum Fidem &. Actum ut supra.

Relatio Ministerialis posita Citationis ad Tri
bunal Regni ex Instantia Illris Sieniawska Ca
stellana Cracovien⁹ contra R.R. Moniales ab Adora-
tione SSmi Sacramenti Conuentus Varsavien⁹.

Augustus Secundus &. Significamus &. Quomodo ad Acta presentia
Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter ve-
ens Nobilis Andreas Lietlinski Ministerialis Regni Genera-
lis authenticus, in vim Sui vera et fidelis Relationis, publicè
et per expressum recognouit. Quia ille Citationem ad Judicia
Tribunalitia Regni Lublinen⁹ ex Instantia Instigatoris Judi-
cij eiusdem Tribunalitij eius⁹ Delatricis Illustris Elisabethæ
Sieniawska, Illustris Adami a Granow Comitis in Szkłow et
Myszi Sieniawski Castellani Cracouiensis, Exercitus Regni No
stri Supremi Ducis Consortis, Bonorum Comitatus Jaroslavien⁹
Haereditsa Actricis, contra Religiosas ac Desdicatas Virgines Mo-
riales ordinis Sancti Benedicti, ab Adoratione Sanctissimi Sa-
cramenti Conventus Varsaviensis emanatam, personaliter ac-
cedendo ad Monasterium Earundem Monialium, exportauit Di-
hodierna in actu contenta, eandem⁹ Citationem ad Manus Re-
ligiosæ ac Desdicatæ Janitricis tradidit et publicauit. Hâc illius
personali Relatione ad præmissa mediante. Cuius quidem Citati-
onis per eundem exportatæ Tenor sequitur et⁹ talis: Augustus
Secundus Dei Gratia Rex Polonia Magnus Dux Lithuaniæ Rus-
siæ Prussiæ Masovia, Samogitiæ, Liuoniæ, Volhyniæ, Podlachiæ Pod-
lachiæ Liuoniæ Smolenscia Seueriæ Czerniechoviæ⁹ necnon

Hereditarius Dux Saxonia et Princeps Elector. Vobis Religio-
sis ac Dedicatis Virginibus Monialibus ordinis Sancti Bene-
dicti ab Adoratione Sanctissimi Sacramenti, Monasterij Varsa-
uiensis de Bonis, Summisq vestris generaliter omnibus man-
damus, ut coram Nostro ordinario Generali Tribunalis Regni Lu-
blinensis Sive Petricouiensis Judicio, tunc, dum et quando Cau-
sa presens ex Regestro Sibi competenti Actoratuq Nostro in fa-
scripta Actrici per vos instituto, legitimè acclamata inciderit
peremptorie comparcatis. Ad Instantiam Instigatoris Judicij
eiusdem eiusq Delatricis Illustrissima Elisabetha à Lubomirz
Comitissa in Tęczyn, Jarostaw et Wisnicz Illustrissimi Adami
à Granow Comitis in Szkłow et Mysz Sieniawski Castellani Cra-
couiensis Exercituum Regni Generalis Supremiq Ducis, Consortis
Bonorum Comitatus Jarostauiensis Heredissa Actricis, Ducatu
debita Maritali assistentia vos itidem cum Debita et de Jure
Vobis competenti Assistentia citat, et ad paratum per Vos eidem
institutum Actoratum adcitat pro eo: Quia Vos licet si ab anno
Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo octauo inscriptum Censu
Annuum per octo Millia quotannis pendendum, à Serenissima
piæ memoriæ Maria Casimira Regina nuper vita functa ex Ja-
rostauiensi Comitatu (ut nunc post datam per Vos Citationem
Actrix informari potest) habuisetis, attamen à tot annis No-
titiam habentes de transmissa hereditate ex Manibus Regijs
ad Se Actricem, nullam Mentionem Actrici fecistis, nec eandem
Summam apud eam (ut Actrix notitia Sumpta de tam gravi
onere Super Bonis hærenti, eandem Summam ex Pretio defal-
casset, aut Euictionem Sibi fundamentalem fecisset) requisivi-
stis, Sed aliunde ab Inscribente Serenissima Regina et ex alijs
Bonis, eundem Censum percepistis ad Vita duntaxat extrema

Inscribentis.

Inscribentis tempora, et exinde apparet quod haec Summam
aut in Summis proprijs Serenissima pia memoria Fundatricis
vestra aut Bonis alijs assignatam habuistis et nunc habetis.
Actricem vero velut ex Insidijs post Fata Serenissima Sua
Actrici Donataria, nunc primum impetistis et impetitis Qua-
propter citamini ut nihilominus Judicio Supremo Tribunali-
tio cujus est Suprema Loci tatis ratione Bonorum Terrestriu
Causas cognoscere. Compactum Vestrum cum Serenissima
pia memoria Maria Casimira Regina Polonia anteacta
Comitatus Jaroslaviensis Heredissa Actris Donataria rati-
one Satisfactionis Vobis prestanda eidem Inscriptioni An-
no 1688. in Actis Metrices Regni Diplomate Regio firma-
ta initum et constitutum, tum ut moris est Regestra conven-
tualia perceptarum eandem Summarum censualium
à quo et ex quibus Bonis in hucusq; percipiebatis. Ex qui-
bus reproductis tum et Commissarijs Serenissimorum Prin
cipum Regiorum Polonia Successorum Vestra Jurisdatricis
et Actoreæ Partis Donatricis adcitatis in eodem Termino
Actrix ab onere hoc evincat Vosq; ubi per tot Annos perci-
piebatis Censum nunc et in Subsequens percipiatis. Ad
videndum itaq; et audiendum Premissa per Sententiam
Sacrosancti Judicij decerni, cateraq; juxta Causa exigen-
tiam Status decerni et Sententiari. Datum Lublini Feriâ
Secunda Magna proxima Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Decimo Septimo. Quam ejusmodi Ministeri
alis Regni Generalis Regni Generalis Relationem Sic
ut premissum factam Nos ad Acta presentia Suscipi,
inscribi et ex ijsdem fideliter descriptam Parti postu-

lanti in Forma authentica extradi permisimus In Quorum Fi-
dem &. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Quinta post
Festa Solennia Paschatis proxi
mâ Anno Domini Millesimo Se:
ptingentesimo Decimo septimo.

Ad Relationem Illustrissimi et Excellentissimi Do-
mini Supremi Cancellarij Regni &.

Ordinat Plenipotentes Generosa Tarlowna
Capitaneissa Goszczynensis.

VR

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis pre-
sentibus Metrices Cancellaria Nostra Majoris comparens
personaliter Dnôsa Helena Tarlowna Capitaneissa Goszcz-
ynensis Generosi olim Casimiri Tarlo Capitanei Goszczynensis
cum Dnôsa Ludovica Zatęska procreata Filia Innupta in et
cum Assistentia Reuerendi in Christo Patris Domini Constan-
tini Feliciani Szaniawski Episcopi Vladislaviensis et Pome-
raniæ uti et tanquam Tutoris Sui à Nobis dativi agens,
Sana mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Juris-
dictionibus Suis quibusvis proprijs ac sibi competentibus,
Huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad infrascripta
recognoscenda duntaxat attinet, Sese Subyciendo et incorpo-
rando, patam libere ac beneuole recognouit et presentibus
recognoscit. Quia illa ad Causas Suas omnes et Singu
las Judiciarias cum quibuscunq Personis tàm in Ma-
jori quàm Majori Judicis et Officijs Regni etiam Tribu-
nalitio Regni Petricouiensi et Lublinensi exactorate

et

et reatu Suo habitas et habendas in veros ac Legitimos Ple-
nipotentes Generosos A a am D owski Subiudicem Ter-
restrem Nurensem et Vice Capitaneum Castrensem Ostrovien
Adamum Deręgowski Vice Instigatorem Regni, ——— Rosow-
ski Thesaurarium Podlachiæ, Fabianum Lijowski Iudicem
et Vice Capitaneum Terræ Ciechanoviensis ——— Wrieniaw-
ski Notarium Castrensem Leopoliensem, Joannem Fredro No-
tarium Castrensem Camenecensem, Josephum Olszewski No-
tarium Castrensem Trembovliensem hinc ad integrum Tri-
ennium facit constituit, et solenniter ordinat. Dans et conce-
dens ijdem Plenipotentibus Suis et cuilibet eorum insolidu
plenam et omnimodam facultatem ac potestatem Causas cas
Suas cum quibuscris Personis promovendi agendi defen-
dendi attentandi et auscultandi, Decreta pro Parte Sua Re-
cognoscentis lata Suscipiendi, ab onerosis vero et pragrava-
bilibus in Minoribus Subsellijs latis, ad majus Subsellium
provocandi, appellandi et movendi, Appellationes et Mo-
res prozequendi, Juramenta deferendi et auscultandi, Pœnas
Judiciarias pecuniarias levandi, de levatis et perceptis qui-
etandi Intromissionem et Intromissiones in Bona acceptas
Damna liquidandi Executiones urgendi et peragendi, aliaq
et Singula Munia veris et Legitimis Plenipotentibus de Jure
Incumbentia peragendi et exequendi, alios Plenipotentes in
Locum Sui cum Simili vel Limitata Potestate Substituen-
di et Substitutos revocandi. Cavens et promittens id totum, quid
quid per dictos Plenipotentes et Substitutos Eorum rite et le-
gitimè in præmissis actum gestum factumq fuerit, pro rato
et grato se Recognoscentem Susceptura m. Hac sua Recogni-
tione ad Præmissa mediante. Pro majori vero Firmitate ma-
nu propria se Subscripsit. Helena Izabella Tarłowna S.

Constantinus Szaniawski Episcopus Cuiauiensis et Pomeran.
Quam eiusmodi Plenipotentiam Sic ut premissum facta
et recognitam Nos firmam ac de Iure validam habere volen
tes eandem ad Acta presentia Suscipi inscribi et ex Eisdem
fideliter descriptam Parti Postulanti Authentice extradi
permisimus. In Quorum Fidem &. Actum ut Supra.

Oblata Privilegij Super Palatinatum Sendo-miriensem Maõ Jacobo Vladislao Morsztyn.

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram
Actis presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Ma-
joris personaliter compareus Dnõs Lucas Michalski, obtu-
lit ad acticandum, actisq presentibus inscribendum Privi-
legium Nostrum Super Palatinatum Sendomirien Magnifi-
co Jacobo Vladislao Morsztyn Palatino Sendomirien Servien
manu Nostra Regia Subscripto. ac Sigillo Regni Majori
communito. Sanum Salvum et illasum, ullaq Suspitionis
Nota carens, Tenoris Sequentis. Augustus Secundus Dei
Gratia Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russia Prussia
Masouia Samogitia, Kijouia, Volhynia, Podolia Podlachia
Liuonia, Smolenscia, Seueria Czerniechouiaq necnon Hæ-
ditarius Dux Saxonia et Princeps Elector. Significamus
presentibus Literis Nostris Quorum interest Universis
et Singulis. Emeritas premiare Virtutes, Sicui magis
certe Regnantium incumbit Justitia. Quippe ad magna
nata Indoles quamvis perse in campum Gloria ultro elu-
ctentur, Si tamen Liberali et munifica manu Principes
eadem incitauerint in dies augentur crescuntq dotata.
Luculenter hac Virtutis Species in Dnõso Jacobo Vladislao

de

de Raciborsko Morsztyn Capitaneo Covalien. cujus indefessa in Patriam Fides, Mtem Nostram Sincera Propensio, non interruptus in prima Expeditione Viennensi et hucusq continuatus in Defensionem Reipl.ca Zelus tantu apud Nos promeruit respectum, ut nolimus intermittere momentum quo illi gratificari possimus. Hinc vacante ad praesens Palatinatu Sendomiriensi Libera voluntate Magnifici Stanislai de Raciborsko Morsztyn Palatini Sendomiriens Patrui Sui ad Dispositionem Nostram devoluto, facile in animum induximus ut eundem Palatinatum predicto Egnoso Jacobo Vladislao Morsztyn daremus et conferremus simul cum Palatinali Jurisdictione, et omnibus Censibus Prouentibus, commodis Emolumentis et obuentionibus, cunctisq Attinentijs et pertinentijs de Lege uel antiqua Consuetudine ad predictum Palatinatum Sendomiriensem Spectantibus, prout ijpdem Magnificus Stanislaus de Raciborsko Morsztyn Patruus Suus tenebat, habebat et possidebat, per eundem quoq tenendum habendum et possidendum ad extrema Vitæ Ipsius tempora, vel alicujus majoris Dignitatis assecutionem damus et conferimus promittentes pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris Poloniæ Regibus non esse Nos predictu Egnosum Jacobum Vladislaum Morsztyn abusu et pacifica Possessione dicti Palatinatus Sendomiriens amoturos neq amovendi aut alienandi Potestatem Cuipiam daturos, Quod omnibus Quorum interest ad Notitiam deducentes mandamus ut prefatum Egnosum

Jacobum Vladislaum Morsztyn ab hinc pro vero et Legi-
timo Palatino Sendomiriensi habeant et agnoscant. In
Quorum Fidem presentes manu Nostra Subscriptas
Sigillo Regni communiri mandavimus. Datum Varsa-
uiæ die XXVII. Mensis Martij Anno Domini MDCC.
XVII. Regni vero Nostri XX. Anno. Palatinatus Sen-
domiriensis post Liberam Resignationem Magnifici Sta-
nislai Morsztyn, Enōso Jacobo Vladislao Morsztyn
Capitaneo Cualiensi. Augustus Rex Locus Sigilli Can-
cellariæ Majoris Regni. Matthæus Sliak Ensifer Bracla-
uiensis S.R.Mtis Sig. Maj. Regni Secretarius mpp. Quod
eiusmodi Priuilegium Nostrum ad Acta præsentia Susci-
pi inscribi et ex ijsdem descripto Parti Postulanti authen-
ticè extradi permisimus. Originale vero Enōso offerenti rur-
sus restitui mandavimus, de quo recepto Cancellariam
quietauit quietatq; Præsentibus. In Quorum Fidem &.
Actum ut Supra.

Ordinant Plenipotentes Religiosa ac Deodi-
cata Moniales Ord. S. Benedicti ab Adoraōne
SSmi Sacramenti Conventûs Varsavien.

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod quemad-
modum ad Supplicationem Religiosarum ac Deodica-
tarum Virginum Monialium Ordinis Sancti Benedicti
ab Adoratione Sanctissimi Sacramenti Conventus Varsa-
uiens apud Nos Factam, Enōsum Andream Franciscum
Cichocki Secretarium Nostrum et Actorum Metrices Regni
Cancellariæ Majoris Præfectum pro excipienda ab eisdē
Plenipotentia inhærendo Legibus Regni eo nomine
Sancit.

Sancitis deputavimus, utq easdem cum Actis authenticis
adiret permisimus. Ita memoratus Enosus Andreas Fran
ciscus Cichocki functus Officio ad Monasterium earundem
Religiosarum Virginum hic Varsauiæ in Nova Civitate
Sitt. die hodierna in Actu contenta condescendit, ibidemq Ple.
nipotentiam infrascriptam excepit, et Munus Deputati.
onis Sua restituens, palàm benevolè publiceq retulit.
Quomodo coram eodem Secretario nostro et Actis presen
Metrices Regni Cancellariæ Majoris personaliter ad Cra.
ticulam Vestibuli constitutæ Religiosæ ac Deodicatæ
Virgines Margaretha à Sancto Josepho Priorissa, Maria
à Nativitate JESV Supprioriſsa, Maria Angelica à Sancta
Scholastica Moniales Ordinis Sancti Benedicti ab Adora.
tione Sanctissimi Sacramenti Conventus Varsauiensis suo
et totius eiusdem Conventus nomine pro cujus ratihabitione
in Forma plenissima cauent in Assistentia Venerabilis Ri.
codemi Paroi Canonici Varsauiensis et Causarum Cu.
riæ Rndi in Christo Patris Episcopi Posnaniensis Judicis
agentes, Sana mentibus et corporibus existentes, receden
à Foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibusvis proprijs
ac Sibi competentibus, huic autem Jurisdictioni Nostræ
Regiæ quoad infrascripta recognoscenda duntaxat atti.
net, Sese Subjiciendo et incorporando, palàm libere ac be.
nevolè recognoverunt et quisq illarum recognovit. Quia
ipsæ ad Causas Conventus sui omnes et Singulas Ju.
diciarias cum Quibusvis Personis, tam in Majori,
quàm et minori Judicio et Officio Regni etiam Tri.

Cunalis Regni Petricouien et Lublinen ex Actoratu et
reatu Suo habitas et habendas in veros ac Legitimos Ple-
nipotentes Generosos ——— Olszewski Notarium Castren
Trembovlien, Joannem Zawadzki Tribunum Kelmensem,
Antonium Stecki Pocillatorem Owrucensem ———
Zebrowski Judicidam Castrensem Stężycensem, Josephum
Los ——— Roscicki, Laurentium Litwinski, Sebastia-
rum Fabianum Rybczynski Notarium Referendariatus
Regni, et Michaelem Nagrodzki Secretarios Nostros, nec.
non Nobilem Michaelem Lawczynski, hinc ad Trienni
um integrum faciunt constituunt, et Solenniter ordinant
Dantes et concedentes ijsdem Plenipotentibus suis, et
cuilibet eorum in Solidum plenam et omnimodam fa-
cultatem et Potestatem Causas easdem suas cum quibus-
vis Personis promovendi agendi, defendendi, attentandi,
Juramenta deferendi et auscultandi, Decreta pro Parte-
Sui Recognoscentium lata Suscipiendi, ab onerosis vero et
pragrauabilibus in Minoribus Subsellijs latis, ad majus
Subsellium, provocandi, appellandi et movendi, Appellatio
nes et Motiones prosequendi, Panas Pecuniarias judici-
arias levandi, de Lenatis et perceptis quietandi, Intro-
missionem et Intromissiones in Bona acceptandi, Executi-
ones urgendi et peragendi, aliaq et Singula Munia veris
et Legitimis Plenipotentibus de Jure incumbentia, per-
agendi et exequendi, alios Plenipotentes in Locum
Sui cum Simili vel Limitata Potestate Substituendi
et Substitutos revocandi, Cauentes et promitten
id

id totum quidquid per prædictos Plenipotentes et Substitutos eorum ritè et legitimè in Præmissis actum, gestum factumq; fuerit, pro rato et grato se Recognoscentes actorum Conventum Suum Suscepturas. Hâc suâ Recognitione ad præmissa mediante. alias in Forma Plenipotentiæ de Jure amplissima plenissima et perfectissima. Pro majori vero Firmitate manibus propriis se se Subscripserunt. Sr. Marguerite de St. Joseph Prieure. Sr. Marie de la Nativite de Jesus Souprieure. Sr. Marie Angelique de Ste. Scolastique. Nicodemus Laurol Canonicus Varsavien ad Actum presentem exhibens. Quam eiusmodi Plenipotentiam vos firmam ratam et de Jure validam habere volentes eandem ad Acta presentia Suscipi inscribi, et ex ijsdem descripti. Parti Postulanti authentice extradi permisimus. In Quorum Fidem &. Actum ut Supra.

Actum Varsaviæ Feria Sexta post Festa Solennia Pasc Satis proxima Die Scilicet Secunda Mensis Aprilis Anno Domini Millesimo, Septingentesimo Decimo Septimo.

Cedit de Jure et Contractu Inõsus Rychłowski in Personam Rndi in Christo Patris Szembek Episcopi Posnaniensis. Extra

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris comparens personaliter Inõsus Joannes Cantius Rychłowski Dapifer Lanciciensis, Sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris et Jurisdictionibus Suis

quibusuis propriÿs, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quoad infrascripta recognoscenda attinet, Sese subijciendo et incorporando, palam Libere ac benevole recognovit, Presenti busq recognoscit. Quia ipse de omni et Integro Jure Suo, quod quale et quantum Sibi Recognoscenti ex Contractu inter Se Recognoscen ab una, et Enosos Samuelem et Franciscam Sie-monska Zagurskie Conjuges Legitimos, uti et tanquam Le-nerosa Marianna Wegelewiczowna Enósi olim Joachimi Ni-colai de Węgiel Majoris Nostri, cum Enósa Anna Siemońska procreata unica Filia, ac Bonorum omnium Mobilium et Im-mobilium Hæredissa Minorennis Tutorum, Suo et aliorum Contutorum nomine agend Parte ab altera Sub Datum Varsa-viæ Die Decima quinta Mensis Maij inst, et Actis Castren Varsauiensibus Feriâ Sextâ post Dominicam Cantate pro-xima, Anno eodem Millesimo Septingentesimo Decimo Sexto roborat, ad Bona hæreditaria Villa Zelazna dicta in Palati-natu Masovia, Terra vero Czernensi sit. et jacen servirebat, et servire potuit, necnon de eodem ipso Contractu et robora-tione ipsius, illorumq omnibus et Singulis Punctis, Nexibus, Clausulis Articulis Conditionibus et Ligamentis in ibi-dem expressis, nihil pro Se et Successoribus Suis reservando et pracustodiendo, jam exnunc et defacto in Personam Reueren-di in Christo Patris Domini Christophori Szembek Episcopi Posnaniensis, ejusq Successorum cedit abscedit, transfundit, et plenarie transfert. Hãc sua personali Recognitione ad præmissa mediante. alias in Forma Inscriptionis Cessio-naria de Jure plenissima et perfectissima. Pro Majori vero

firmitte

Firmitate, manu propria Sese Subscripsit. Joannes Anti
us Rychtowski Dapifer Lanciciensis. Quam eiusmodi In.
scriptionem Cessionariam sicut premissum factam et re.
cognitam, & firmam, ratam et de Jure validam habe.
re volentes eandem ad Acta presentia Suscipi inscribi et
ex ijsdem descriptam Parti Postulanti authentice extra.
di permisimus. In Quorum Fidem &. Actum ut Supra.

Relatio data Intromißionis Enõso Valeria
no Kicinski Notario Supremo Thesauri Regij
in Ream seu Fundum Radziwiłowski dict.

Augustus Secundus &. Significamus &. Quod coram Actis
presentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris
comparens personaliter Nobilis Andreas Kietlinski Minist
rialis Regni Generalis authenticus, in vim sua vera et fi.
delis Relationis palàm, liberè, ac per expressum recognovit
Quia ipse ad officiosam Requisitionem Enõsi Valeriani
Kicinski Supremi Notarij Thesauri Nostri, habitis Secum
pellandi movendi, appellationes prosequendi, penas
Judiciarias levandi; de levatis et perceptis quietandi in
tromissiones in bona Urgendi dandi et Acceptandi aliaq
Omnia et Singula Munia Bonos et legitimos Plenipoten:
tes Concernen in rem Commodum et utilitatem Sui Re:
cognoscen, agendi et exequendi Caventes, et promittentes
ad totum quidquid per prenominatos Plenipotent Suos
rite ac legitime actum gestum factum et Constitutum
fuerit se et Successores Suos pro rato grato atq firmo
Suscepturos. Ac eorum personali recognitione aprehensa
mediante

mediante. Pro majori vero firmitate Manibus propriis
sese Subscripsêt Josephus de Ma Konczyce Mniszech K.
Mniszkowa M. W. K. S. I. K. M. Quam Ejusmodi Ple-
nipotentiam Sic ut p̃missum factam et recognitam nos
firmam ac de Jure Validam haberi Volen eandem ad
acta p̃sen Suscipi inscribi et exijpq fideliter descriptam
Parti Postulanti Authentice extradi permisimus. In-
quorum fidem q̃ actum ut Sup

Obligat Nobilis Kulikowski Subditum
Suum de Villa Kuligowo in Summa
200 Tynf. Gnõso Loski Succameratio Varsavien:

Augustus Secundus q̃

Significamus q̃ Quod Coram Actis p̃sen Metricis Regni
Cancellariæ nr̃æ Majoris Comparens personaliter Gnõsus
Adamus Kuligowski olim Adami Filius Sortium in Bo-
rui Kuligowo Hæres Sanus mente et Corpore existens
vis propriis Suis Autem Jurisdictioni Nr̃æ Regiæ quam
infrascra Recognoscen attinet sese Subjiciendo et incorporan
Palam libere ac benevole recognovit, et p̃sen Recognovit.
Quia ipse Laboriosum Adamum Jonczyk Subditum Suum
una cum manso agri ingro residet nec non cum Uxore
et pueris in Bonis prædictis Villæ Kuligowo in Terra Nu-
rensi Districtu Camenecen consisten cum omni Jure
Suo Dominio proprietate propinquitate Titulo obligan
torio, cum omnibus Ejusdem Subditi Usibus Labori-
bus Censibus et Dationibus tributis obedientia et Supplet:
citii ipsius Domestica aliisq̃ Commodis et emolumentis
in Summa Ducentorum Tynforum in Specie hinc et
ab actu p̃sen a Festo S. Adalberti usq̃ ad Simile
Festum in Anno proxime Venturo Millesimo Septin:
gentesimo Vigesimo primo Casu vero protunc Summæ
p̃dictæ non exsolutionis Bonorumq̃ p̃missorum non
exemptionis extunc de Anno in Annum usq̃ ad re:

alem

alem prdfatd Summe exsolutionem Dño Francisco
aloysio Loski Succamerario Terrd Varsavien Regenti
Minorii Cancellariá Regni ejusq Successoribus inscribit et
Obligat intromissionem ad prdfatum Mansum et Sub-
ditum realem et pacificam dat et admittit. Evictionem
et tuitionem omnimodam cavet ac in et Super omnibus
Bonis Suis inscribit idq Sub vadio Similis Summe Du
centorum Tymforum in casum Contraventionis et Non
prdstitd Evictionis irremissibiliter Succumbendo pro-
quo quidem Vadio ac re ipsa principali, Citatus Coram
Officio et Judicio Castri Camenecen Masovid Suis Cum
Successoribus peremptorie respondebit hac Ipsius presen-
nali Recognitione ad prdmissa Mediante Promaiori ve-
ro firmitate Sese Subscripsit Adam Kuligowski R-
ka Drzymaną Quam ejusmodi inscriptionem Sic ut
prdmissum factam nos firmam ac de Jure Validam hac
beri Volen Eandem ad Acta p sien Suscipi inscribi et ex-
ij & fideliter descriptam Parti Postulanti Authenti
a extradi permisimus. Inquorum fidem q Actum ut Sup

Manifestatur Nblis Siepieto-
wska Suo et aliorum Nomine
contra Nob'lem Thomam Zawisiansk.

Augustus Secundus &.

Significamus & Quod Coram Actis Presentibus Metu-
di Regni Cancellariá Nrá Majoris Comparens per-
sonaliter Nblis Petronella Siepietowska Olim Nblis
Francisci Siepietowski Consors relicta vidua Olim rec
Nobilis Christophori Siepietowski crudeliter interempti So-
ror Germana Suo atq Nobilium Catharinæ Nobilis Thomæ
Wyszomirski Consortis et Dorotheæ Virginis innuptæ
Siepietowskich Sororum Germanarum nec non Veron-
æ Zochowska Virginis Innuptæ Sororiæ Quarum Mé
Solenniter Manifestata est in eo. Quia Ipsa Una Cum Su-
prafatis

prafatis Sororibus et Sororina Suis parata et juxta Obli:
gventiam Decreti Tribunalitij Kñi Petri covien interue
Manifestantem et prædictas Sorores et Sororinam Suam
ab una atq Nōlem Thomam Zawistowski parte ab altera
Feria Qvarta post Dominicam Jnvocavit Qvadragesima:
lem proxima Anno presenti Sati Qvadrigentas Qvadra:
ginta Marcas Polonicales in Vim taxæ capitis Pdicti
olim Nobilis Siepietowski Sui Manifestantis Fratris
per eundem Met Coram Officio Castrensi Capitaneali Var:
savien ad Psens Vocanti Solvi injunctas levare et recupe:
re delevatisq ac receptis grietare. Verum gvoniam iden
Nōlis Zawistowski Solis diffugijs allaborando ac gvoda
p curato Officioso Aresto ex parte Nōis Tyborowski ac
si impositio Summam Suprascriptam Qvadringentarum
Qvadraginta Marcarum Polon Sibi Manifestantibus
persolvere ac in secqvestro Actorum Psentium reponere
renuit Se Manifestantem in damna non Modica in:
duxit. Decretoq Supra Memorato Non datisfecit gvi:
nimo eidq Contravenit ideo eadq Manifestans de diligen:
tia Sui et prædictarum Sororum ac Sororinæ Suarum
in recipienda Summa Pdicta renitentia vero ejusq Nōlis
Zawistowski in persolvendo tum intuitu Pallegato De:
creto pe eundem Met Nōlem Zawistowski Contraventio:
nis ac rigoris ejusq scilicet publicationis pdnd, inpe:
mid iterum atq iterum atq iterum Manifestata est.
Salva Ejusq Manifestationis Augend Meliorandi:
ve per Citationem Literalem Corrigend aut alterius
si Opus et Necesse fuerit faciend pleno in robore re:
servata et præmissodita faultate. pro Majori vero
firmitate Manu propria uti Scribere nesciens Signū
Crucis posuit † Quam Ejusmodi Manifestationem
Nos ad Acta præsentia Susciepi, inscribi et exijsdem
fideliter descripti Parti Postulanti Authentice extra:

Di

Di permisimus. In quorum fidem &c Actum ut Supra

Actum Variavid Feria Quinta
post Dominicam Misericordiæ
proxima Die Silicet Decima
Octava Mensis Aprilis Anno Do:
mini Millesimo Septingentesimo Vige:
simo.

Ad Relationem Ejusdem Illtrmi Excelmi
Domini Supremi Cancellarij Regni &

Quia Ilna Gnõsa Marianna Lu-
bomirska Matrem Suam dcõs-
ma to florenorum Polonicalium VG.
Augustus Secundus &

Significamus & Quod Coram Actis Presentibus Me:
tricis Regni Cancellariæ Nræ Majoris Comparens
Personaliter Generosa Marianna Bielinska Gnõsi
Georgij Lubomirski Generalis Majoris in Exercitu No:
stro Consors legitima in assistentia et Cum Consen:
su Ejusdem Gnõsi Mariti Sui, tum et Gnõsi Fran:
cisci Bielinski Pincernæ Regni Terrarum Prussiæ
Thesaurarij agens Sana Mente et Corpore Existens
recedendo a Foro Terris et Jurisdictionibus Suis qui:
bus vis proprijs huic Autem Jurisdictioni Nræ Regiæ
quo ad infrascripta recognoscen, attinet Sese Subijcien
et incorporan palam libere ac benevole Recognovit
et Presentibus recognoscit, Quia Ipsa Magnificam Lu:
dovicam de Raliborsko Morsztynowan, Magnifici
Olim Casimiri Ludovici Bielinski Supremi Marschal:
ci Regni Consortem Viduam relictam Sui Recogno:
scen Matrem Ipsiusq Successores de Summa Septua-
ginta

agintа Millium florenorum Polonicalium gvemlibet
Dynſonem Trigintа tribus groſis Numerando peri-
ſram Sibi Recognoscend debitam et ad Solvendum
inscriptione Officiosa Coram Actis Gsend Metricas
Regni Sub ditu Varsaviæ Feria Secunda ante Festm
Sanctæ Mathæi Apostoli ꝓxima Anno Domini Mil-
lesimo Septingentesimo Decimo Octavo Recognita,
inscriptam et Super Omnibus Bonis Suis præsertim
vero Super Summa Dotali Ejusdem Magnificæ Ma-
tris Sue in Bonis Otwock Hæreditarijs in Terra Cra-
nen Sitis, hærente asecuratam, ob prædictam Sibi
in prdmissis Satisfactionem qvietat absolvit, et libe-
ram fatit. Inscriptionem prdictam Super eandem Sum-
mam Sibi Servien Cassat et Annihilat, perpetuum
Sibi et Successoribus Suis imponit Silentium. Hac Ipsi-
us personali recognitione ad prdmissa mediante. Pro
majori vero firmitate Manu propria Sese Subscri-
psit. M Lubomirska, I. Lubomirski Gmnus F Bie-
linski Pincerna Regni uti assistens mp Qvam Qua-
modi Qvietationem Sic ut ꝓmissum factam et recogni-
tam nos firmam ac de jure Validam haberi Vo Sen
eandem ad Acta Gsend Suscipi inscribi et ejusdem
fideliter descriptam Parti Postulanti Authentice
Extradi permisimus. In qvorum fidem & Actum ut Sup

Roborat Scriptum Mſca Bie-
linska Marschalca Supma Re-
gni in rem Gnōs de Lubomirska
Filiæ Sue
Augustus Secundus &
Significamus & Qvod Coram Actis Gsend Metricas Re-
gni Cancellariæ Nræ Majoris Comparens personaliter
Magnifica

magnifica Ludovica de Rauborisko Morsztynowna
Magnifici olim Casimiri Ludovici Bielinski Su:
prelmi Marschalci Regni Consors relicta Vidua Sana
mente et corpore existens recedendo a Foro Terris et Ju:
risdictionibus Suis quibus vis proprijs, huic ad tem
Jurisdictioni Nrae Regiae quo ad infrascra recogno:
scend attinet Sese Subjiciend et incorporand palam
libere ac benevole recognovit et Praesentibus Recogno:
scit. Quia ipsa Scriptum infra de tenore Suo inser:
tum per se Recognoscend Gnosd Mariannd de Bielin:
ski Lubomirskiey Dñosi Georgij Lubomirski Genera:
lis Majoris in Exercitu Mro, Consorti legitime datum
Die hodierna in actu Contenta Conscriptum, Manu Sua
Recognoscen Subscriptum Vadiog Septuaginta Milli:
um florenorum Polonicalium Vallatum Tenoris Se:
quentis. Ja Nizey Napodpisie Wyrazona Zeznaiczym
Skryptem moim, iz Sub dO Xżna Jlmi Maryanna
Lubomirska, dO Xcia Jmci Jerzego Lubomirskiego Ge:
nerała Majora Woysk J.K.Mci. Malżonka, Corka
moia Kwitowała mnie Dnia dzisieyszego w Aktach
Metryki Koronney z Summy Siedmiudziesiąt Ty:
sięcy Złotych Polskich, Tymf każdy po Trzydziesci
Trzy grosze rachuiąc, ktorą od Jlmci realiter Sobie
wyliczoną y pozyczoną na Wszystkich Dobrach moich,
osobliwie na Summie moiey posagowey na Dobrach
Dziedzicznych Otwocku w Ziemi Czerskiey leżących,
Zapisaney, przed Aktami Metryki Koronney w Roku
Tysiącnym Siedemsetnym Osmnastym w poniedziałek
przed Swiętem Swiętego Mateusza Apostoła nay:
bliższy to iest Dnia Dziewiętnastego Miesiąca Września
Teyże Corce Moiey, Zapisałam, y do oddania Na Swięto

Swiętego

Świętego Jana Chrzciciela w Roku Następuiącym Tysiącznym Siedmsetnym Dwudziestym Pierwszym obligowalam Się; że Jednak przerzeczoney JO Xiężney Jlśći Corce Mojey, w zwyż Mianowaney Summy Siedmdziesiąt Tysięcy Złotych Polskich dotąd nieoddalam a: nim Oney żadnym praetextem y sposobem Nieuspokoiła, Przeto też Summę Siedmdziesiąt Tysięcy Złotych Polskich każdy tynf po Trzydzieści Trzy grosze rachuiąc, na Summie Za Pałac Mokotynowski od JK.Mć. Mtt. Należącey assekuruię y one expretio Pałacu Mokotynowskiego wzwyż Namienionego do Nayiaśnieyszego Krola Jmci P.N.M. tey Xiężnie Jlśći Maryannie Lubomirskiey y Successorom Jlśći pro Solutione et Satisfactione obtinenda, Niniejszym Skryptem mocnym przekazuię Assygnuię y ordynuię, Czego dotrzymai pod zakładem takowym ze Summy Siedmdziesiąt Tysięcy Złotych Polskich obliguię Się. Forum Sobie quodvis Competens Regni in Casum Contraventionis na Znaczaiąc. Dla lepszey wiary Skrypt ten moy Ręką własną podpisany aktami Metryki Koronney roboruię. Działo Się w Warszawie dnia Osmnastego Miesiąca Kwietnia Roku Pańskiego Tysięcznego Siedmsetnego Dwudziestego. L. Bielińska M.W.K. Jn O: mnibus Ejusdem Scripti punctis, Clausulis, Condi: tionibus, et Ligamentis, in eodem expressis appro. bavit, Roboravit, et ratificavit, prout gridem appro. bat roborat et ratificat, Eidemq Scripto Stare parere ac in omnibus Satisfacere sese cum Successoribus Suis in et Super omnibus Bonis Suis Mobilibus ac immobilibus et Summis quibusvis Pecuniarijs ubivis locorum existen inscribit et Obligat.

idq Sub

idq Sub Vadio Septuaginta Millium florenorum Polo:
nicalium in casum contraventionis per se Recognoscen
irremissibiliter Succumbendo. Pro qvo Quidem Vadio
Rex ipsa principali Citata Coram Judicio et Officio qvo
vis Sibi Competenti Regni prædictis omnibus dilatio:
nibus et Protellationibus ac Beneficijs Juris Suis cu
Successoribus peremptorie respondebit. Hac illius
personali Recognitione ad prædmissa mediante. Pro ma:
jori Vero firmitate Manu propria Sese Subscripsit
L. Bielinska M. W. K. Quam Ejusmodi Inscriptionem
Roboratoriam Sic ut præmissum factam et recognitam
nos firmam ac de Jure Validam haberi Volen eandem
ad Acta Præsentia Suscipi inscribi et exijsdem fide:
liter describtt. Parti Postulanti Authentice Extradi
permisimus Ingvorum fidem & Actum. ut supra L. Biel:
ska M. W. K.

Ordinat Plenipotentem &c:

nerosus Kątski Generalis Podolie. V. &c.

Augustus Secundus &

Significamus & Quod Coram Actis Præsent Metrices Re:
gni Cancellaria Nra Majoris Compiarens personali:
ter Gnōsus Joannes Stanislaus Kątski Generalis
Podolid, Sanus Mente et Corpore existens recedendo
a Toro Terris et Jurisdictionibus Suis gribus vis pro:
priis. Suis Autem Jurisditioni Mrā Regiæ qvo ad
infrascripta recognoscenda duntaxat attinet Sese Subij:
cien et incorporan palam libere ac benevole recogno:
vit et præsentibus recognoscit. Quia qvo Gnōsum
Josephum Zawoyski in Suum verum et Legitimum
Plenipotentem ac Mandatarium fecit Constituit et
Solenniter ordinavit, prout qvidem facit Constituit

et Solennitor

et Solenniter Ordinat idq ad unum Annum ab actu
presenti Computando. Dans et Concedens Eidem Gnõi Ple:
nipotenti Suo plenariam facultatem et Omnimodam po:
testatem Jus et interesse Sui Recognoscen Ratione Bonor.
Wrot Kutkowce et Proniatyn dictorum in Terra Keli:
cien Districtu Trzebuskien iacen Possesionis ad presens
Sui Recognoscen circa Actum futurã Commissionis inter
Vicinitates Bonorum eorundem per agendã Observandi
Agendi et Defendendi exceptiones graviosas Juridicas infe:
rendi, Juramenta deferendi Auscultandi et in Animam Su
Recognoscen Praestandi Decreta qvãvis pro Parte Sui
Recognoscen favorabilia Acceptandi, agravaminosis vero
ad qvem de Jure appellandi Movendi, appellationes eas
prosequendi penas Judiciarias Levandi de levatis et per:
ceptis qvietandi Cæteraq et Singula Munia Bonos et
Legitimos Plenipoten Concernentia ac circa Actus ejus:
modi fieri et Observari Solita in rem Commodum et
Utilitatem Sui Recognoscen ac Prædictorum Bonorum
per Agendi et exeqvendi Cavens et promittens id totum
qvidqvid per prefatum Gnõium Plenipotentem Suum
in premissis rite ac legitime actum gestum Constitutũ
q fuerit se et Successores Suos pro rato grato ac firmo
Suscepturum. Hac Sua personali Recognitione ad pre:
missa Mediante alias in forma Plenipotentiã de Jure
pleniissima firmissima et perfectissima. Promajore ve:
ro firmitate Manu propria sese Subscripsit Joannes
Stanislaus Lgtski L. S. Quam ejusmodi Plenipoten:
tiam Sic ut premissum factam et recognitam nos
firmam ac de Jure validam haberi Volend eandem
ad Acta Presentia Suscipi inscribi et ejusdem fideli:
ter descriptam Parti Postulanti Authentice Extradi permisimus Insup Sigillo

Actum Varsaviæ

Actum Varsaviæ Sabbatho Pridie
Dominicæ Jubilate Die Scilicet Vige:
sima Mensis Aprilis Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Vigesimo.

Ad Relationem Illmi et Excelmi Domini Joan-
nis in Stupsow Szembek Supmi Cancellarij Regni

Manifestatur Gnõsus Gniazdo-wski in rem Nici Kczewski Pa: latini Maridburgensis.

V.P.

Augustus Secundus &:
Significamus & Quod Vacantibus ad præsens actis
Castrens Capitaneatibus Varsavien personaliter Ve:
niens ad Acta præs Metrices Regni Cancellariæ Nræ
Majoris Gnõsus Dominicus Gniazdowski Actionis Nti
Petri in Kczewo Kczewski Palatini Maridburgen
Christburgen Stanislaoviens Starogrodens & Capi:
tanei Nomine et ex speciali Commissio Ejusd Nti
Principalis Sui Solenniter in et Contra Gnõsos
Adamum Duczymiński et Casimirum Struzeński
Comillitones et Anteriores Deputatos Vexilli Lori:
cati Gnõsi Antonij Duczymiński Capitanei Jablono-
vien, tum et Modernos Deputatos Generosos An:
dream Balcerski et Alexandrum Podbielski qui:
dem Vexilli Comilitones protestatus est idq; in eo.
Quod licet Assignati Gnõsi Deputati nec in orginali
assignatione super punctualem Stipendiorum
Solutionem ex Thesauro Regni extradita, nec in:
Tarissa Personalis Subsidij aliàs Pogłownego Ter:
rę Nurensis et Districtus Camenecensis Specifi:
catum habeant Molendinatorem Honestum Joannem
Petka

Petha, et illud Molendinum, quod Antigvitus juxta
Veteres Lustrationes et revisiones ad Capitaneatu
Stanislavovien in Terra Varsavien Situm spectat,
et qvidem idem Capitaneatus Stanislavovien una
cum Molendinatoribus juxta emanatam ex Che:
sauro Regni assignationem pro Regimine Gvardiæ
Rdi Nobis Wde punctualem peribere teneatur Con:
tributionem, Nihilominus prædicti Dñi Deputati
nescitur qvâ Animositate vel spiritu ducti et qvidem
Anteriores Dñi Duczyminski et Strzyzewski Aui sunt
et temere præsumpserunt prædictum Molendinum et
Molendinatorem Petha anno proxime preterito in Men:
se Octobri per Famulos Suos Super in egvitare, in:
vadere et modo Violento par Boum et Unum Eqvum
de facto intercipere, et per spatium dimidij anni detine:
re, eidemq Molendinatori tam propter non Consemi:
nationem agrorum, qvam et Carentiam laborum damna
causare, prout eo Nomine Videnda Protestationis
de Actu in Curia Regia Camenecen, Feria Tertia in
Crastino Festi Circumcisionis Christi Domini Anno
Qsem ex personali Comparitione Nobis Martini
Josephi Leńczewski Notarij Proventualis Capitane:
atus Stanislavovien facta intercepit; Similiter
et Moderni Dñi Deputati Bdleuski et Podbiel:
ski Sub prætextu et immaginabili Colore qvod Bona
Ospownica Seu Kgnty in Districtu Camenecen
et Parochia Jadovien si iacentia, Secundum extradi:
tam assignationem Thesauri Regni in ibidem inve:
nire Regveant, rursus ex Terra Russensi et Distri:
ctu Camenecensi ad Terram Varsavien transgressi,
eundem Molendinatorem Petha et Molendinum
per Missos Famulos Suos impetierunt et infestarunt,

ac ad prastandæ

ac ad prestandam punctualem Stipendiorum exSo:
lutionem Sine ulla ratione et debito Jure peteruḋ,
abiq aspignaõne et Tariffa Necessitare, adigere et
anganisare Voluerunt, qvamvis Expeditum Molen:
dinum non ad Parochiam Jadovien Sed Dobrzyne:
cen pertineat Sicuti qvietationes Urbium Paro:
chorum Dobrzynecen de perceptis Decimis edocent,
Dey prdsata prdtensa Bona Obrazownica Seu kgr:
ty. Appellata in possessione Magnifici Palatini Mar:
ty. Appellata in possessione Magnifici Palatini Mar:
ienburgensis reperiuntur, nec forte in rerum natura
existunt, et toties Memoratum Molendinum et Molen:
dinatorem Petcha duplici Contributione gravari, et
a Capitaneatu Stanislavovien ac Terra Variavien:
Separari et a Velli et ad Terram Rurecen ac Distri:
ctum Camenecensem ulla tenus Trahi non potest. Cum
itaq lex Novella de Disciplina Militari Sanita, et
tot rigorosa Declarationes in Subsellijs Tribunalitijs
Radomien publicatd, Similia Violenta attentata Se:
vere prohibeant, Qua propter Ingnus Iniazdouski No:
mine Memorati Principalis Sui iterum atq iterum
ratione indebiti Sagus Progressus, illationis Violen:
tiarum et damnorum Solennem interponit Protesta:
tionem, Offerendo prdictum Magnificum Palatinum
Margeburgen Capitaneum Stanislavovien & hac omnia
Jure Vindicaturum in foro fori Salva & Pro majori
vero firmitate Manu propria Sese Subscripsit No:
minatus Iniazdouski mmp Qvam Ejusmodi Prote
stationem Sic ut prdmissum factam nos ad Acta
Presentia Suscipi inscribi et exijsdem fideliter de:
promptam Parti Postulanti Authentice extradi per:
misimus. In qvorum fidem Actum ut Sup

Roborat Scriptum Magnifica
Biclinska Suprema Marcs:
Entwa chalca Regni Vidua in rem
Gnõsi Biclinski Pincerna
Regni Filij Sui.

Augustus Secundus &.

Significamus & Quod Coram Actis presentib, Metrices
Regni Cancellariâ Nrâ Majoris Comparens persona:
liter Magnifica Ludovica de Raciborsko Morsztyno:
wna Magnifii olim Ludovici Casmiri Biclinski Su:
premi Marschalci Regni Consors relicta Vidua Sana
mente et Corpore existens recedendo a Toro terris et
Jurisdictionibus Suis gibus vis propriis Suis autem
Jurisdictioni Nrâ Regiâ quo ad infrascripta Recognoscend
attinet Sese Subiicend et incorporand palam libere
ac benevole recognovit et presentibus recognoscit. Quia
ipsa Scriptum infra de Suo tenore insertum manu
Sua Subscriptum Tenoris Seqventis. Bizey napod
piscie Wyrazona Znam tym Skryptem y asekuracyą
moią, Iż ponieważ Za podięte Koszta y expensa Pra:
wne w Trybunale Koronnym Lubelskim przez Dwie
Lecie to iest w Roku Tysiącznym Siedmsetnym Osm:
nastym et in Subseqventi przez Jmci P. Franciszka
Bielinskiego Czesnika Koronnego Syna Mego w
Sprawie z Xięztami Jchmściami Czartoryskiemi o
Substancyą Morsztynowską zachodzącey Tozone,
ado Summy Złotych Trzydzieste y Jeden Tysiący
Siedmset Trzydziesci y Dwa groszy dwanascie Polskich

reducowane

redukowane y Regestrami Expensarum Wywiedzione,
niemam Natenczas do uczynienia Satisfakcyi Sposobu,
iedy tę Summę Złotych Trzydzieści y ieden Tysiąc
ay Siedmset Trzydzieści y Dwa Groszy Dwanaście
Polskich pominionemu Jmci Panu Czernikowi Koron:
nemu Synowi Memu y Jego Sukcessorom na Sum:
mach wszelkich przez Nieb: S. P. Jmci P. Kazimie:
rza Bielinskiego Marszałka W. Koron. mnie Su:
per Bonis quibuscunque Zapisanych y Mianowicie na
Summie Za Pałac Moszczenowski od Jk Mci P. M.
przychodzącey asekuruie y Zapisuie, y one nadzien
y Święto S. Jana Chrzciciela w Roku da Bog przy:
szłym Tysiącznym Siedmsetnym Dwudziestym pier:
wszym Zupełnie oddać y uyścić obliguie się. Te
Zas Asekuracyą Moię Aktami Metryki Koronney
roborować deklaruie. Na co dla lepszey wiary wa:
gi y pewności własną podpisuie się Ręką Datum
w Warszawie dnia Dwudziestego Miesiąca Kwietnia
Roku Pańskiego Tysiącznego Siedmsetnego Dwu:
dziestego L. Bielinska M. W. Koron. In omnibus
Ejusq Scripti Punctis Clausulis Articulis Conditio
nibus et Ligamentis Sup expressis approbavit ro:
boravit et ratificavit, prout quidem approbat ro.
borat et ratificat. Eidemq Scripto Stare parere
ac in omnibus Satisfacere sese cum Successoribus
Suis in et Super omnibus Bonis Suis Mobilibus et
immobilibus ac Summus quibuscunque pecuniarijs
Ubivis eorum existen inscribit et obligat. Jdq Sub:
Damnis Terrestribus in earum Contraventionis et
non prestitæ Satisfactionis Simplici assertione absq
Juramento

taxandis et edicendis irremissibiliter Succumbend. Pro
quibus quidem damnis reg ipsa principali Citata existens
Coram Judicio et Officio quovis Regni sibi competenti Suis cum
Successoribus peremptorie respondebit. Hac Ipsius perso-
nali recognitione ad premissa Mediante pro Majori vero
firmitate Manu propria se Subscripsit. L. Bielinska
M. W. K. Quam Ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam
sic ut Emissum saltam et Recognitam Nos firmam ra-
tam ac de Jure Validam haberi Volen Eandem ad:
Acta Fiend Suscipi Inscribi et ejusdem fideliter de-
script. Parti Postulanti Authentice Extradi permisimq
In quorum fidem &. Actum ut Sup.

Donat Palatiolum Arcadia di:
ctum Gnõsi Loskie Conjuges Suc:
camerarij Varsavien Gnõso Ma:
ximiliano Ossolinski Thesau:
rario Curiæ Regni.

Augustus Secundus &.

Significamus & Quod coram Actis Fiend Metricis Regni
Cancellariæ Nrę Majoris Comparens personaliter Gnõs.
Franciscus Aloisius Loski Succamerarius Varsavien
Cancellariæ Nrę Minoris Regni Regens et Theresia
Czaszkowska Conjuges Legitimi Maritus quidem per-
se Uxor Vero in assistentia Ejusdem Gnõsi Mariti
Sui Sani Mentibus et Corporibus existen recedendo a
Foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibus Vis proprio
Huic Autem Jurisdictioni Nrę Regiæ quo ad infrascripta
cognoscendi attinet ejusq Subjicien et incorporan Pala-
tium libere ac benevole recognoverunt et prout illorum suo
pro interesse recognovit. Quia ipsi Maximiliano Fran-
cisco

ico Ossolinski Thesaurario Curiæ Regni Nostri, Illig:
q legitimis Successoribus, iam ex Nunc et de facto
Palatiolum Arcadia Nuncupatum in Terra Varsaviend
Situm una cum fundo in quo idem Palatiolum Stat
et Consistit, prout inse late, longe et circumferentia-
liter extat et protenditur, ac per anteriores Posse-
sores et Jurisdatores tenebaq et possidebatur cum O-
mni Jure Dominio propingritate Hereditate omnib,
q Structuris inibidem existentibus Nullis penitus ex-
ceptis aut prose et Successoribus Suis reservatis mera
puro perpetua et irrevocabilis Donationis titulo dede-
runt donaverunt et resignaverunt, prout q̃ridem per-
Inscriptionis donatariæ Virtute dant Donant, inscri-
bunt et resignant perpetuo et in æternum, totumq̃ Jus
Suum quod quantum et quale Sibi Recognoscend Suisq̃ Suc-
cessoribus ad hoc a Palatiolum et fundum Serviebat aut Ser-
vire potuit in personam memorati Gnõsi Maximiliani
Francisci Ossolinski Ejusq̃ Successor cedunt abscedunt
transferunt transfundunt et derivant ad tenendum haben-
dum possidendum utifruendum dandum donandum alienan-
dum Commutandum inq̃ Suos et Successorum Suorum quos
vis beneplacitos Usus Convertendum perpetuis temporibq̃
Intromissionem realem cum actuali et pacifica possessio-
ne in præfatum Palatiolum Arcadia et fundum Memorato
Gnõso Maximiliano Francisco Ossolinski Ejusq̃ Succes-
soribus grandoeunq̃ Voluerit per ministerialem Regni
Generalem et Duos Nobiles Conferendam et acceptandæ
dant et admittunt, datamq̃ et admissam nec per se nec
per alias quas vis Submissas et Subordinatas personas,
quovis prætextu in quietaturos, aut prapedituros, nec
Submittunt et obligant. Quinimo tuitionem. et Protectionem
omnimodam

omnimodam ijdem Gnõsi Recognoscend Sup dicto Gnõrio Maximiliano Francisco Ogolinski Curiæ Regni Nõri Thesaurario ejusq legitimis Successoribus a quibus vis Juridicis et extra Juridicis impetitionibus Cavent et promittunt. Qb Sub dammis Terrestribus Simplici assertione absq Juramento taxandis et edicendis, Progribus dammis rei ipsa Principali in Casum Contraventionis citati ad officium Castrense Capitaneale Varsavien ibidem prædictis omnibq dilationibus et prosecutionibus ac Benficijs Juris peremptorie suis cum Successoribus respondebunt. Submittunt sese præterea ijdem Gnõsi Recognoscend et in omnibus Bonis suis inscribunt et obligant, amicos duos proximiores Consanguineos de Linea Paterna Sud Recognoscend ad acta Gsentia seu gravis Authentica Regni intra Decursum duodecim Septimanarum, ab hinc Computando ad ducere et Statuere, absq Sua cura et opera eiusmodi Inscriptionem donatariam et Resignatoriam, Sic ut præmissum factam approbent et ratificent, absq Subscriptis Damnis Terrestribus in Casum Contravend Succumbendis et coram eodem Officio Castrend Capitaneali Varsavien vindicandis, progribus citati ibidem suis cum Successoribus peremptorie respondebunt. Hæc eorum personali Recognitione ad Gmissa mediante. Pro majori vero firmitate manibus propriis sese subscripserunt. Franciscus Aloysius Loski Succamerarius Varsavien, Reg Cancellariæ Nõris Regni m.p. Li.Loska P. W. Quam Ejusmodi Inscriptionem donatoriam et Resignatoriam Sic ut prdmissum factam et recognitam Nos firmam ratam ac de Jure Validam haberi volen eandem ad Acta Gsentia Suscipi Inscribi et ex.

ijsdem

Eisdem fideliter descriptam Parti Postulanti authentice extradi permisimus Ingrorum fidemq Actu ut sup

Relatio Ministerialis Regni Mis Dat& Intromissionis in Palatiolum arcadia Dictum Gnōsis Loskim Succamerarijs Varsavien Conjugibus.

Augustus Secundus &.

Significamus & Quod personaliter Veniens ad acta Presentes Metrices Regni Cancellariæ Majoris Nobilis Alexander Sieciemiński Ministerialis Regni Gnātis Authenticus et Juratus in Vim Sui Vere et fidelis Relationis Recognovit. Quia ipse ad requisitionem Gnōrum Francisci Aloysij Loiki Succamerarij Terre Varsavien Cancellariæ Minoris Regni Regens et Theresiæ Czaczkowska Conjugum Legitimorum habitis Secum Duobus Nobilibus Scilicet Gnōris Alberto Sarnowski et Josepho Jaroszynski Preterita Feria Sexta Die Scilicet Decima Nona Mensis Aprilis anno Currenti ad Palatiolum Arcadia dictum in Terra Varsavien iacen eorundem Gnōrorum Loiskich adpien proprium et Hereditarium condescendit, ibidemq vigore Donationis Ejusdem Palatioli per Gnōsos Theodorum Capitaneum Sepusien, Franciscum Generalem in Exercitu Regni Josephum Capitaneum Cieszkovien Fratres interse Germanos Lubomirskie Magnifici olim Stanislaj Lubomiriski Supmi Mareschalci Regni Filios Coram Actis presentibus Sub actu Varsavid Feria Quinta post Dominicam Judica Passionis Sexta Die Scilicet Vigesima Prima Mensis Martij Anno Domini

Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo inper:
sonas memoratorum Gnōrum Lorkich Conjugum facta
et Recognitā Intromissionem Realem cum Actuali et
pacifica possessione in Supradictum Palatiolum ac sun-
dum aliasq attinen et pertinen Observatis omnibus Ju-
ris Solennitatibus circa Ejusmodi Actus, fieri et de
Jure Observari Solitis, prdmissoq omnium jus etin:
tersse aliqvod ad memoratum Palatiolum et fundu
habentium et prdtendentium ter et Ultra juris Soli:
tam formam qvater voce Sua Sonorosa et prdconi:
ca Acclamatione Nomine impugnāte neq Contradicente
eisdem Sepe Nominatis Gnōsis Francisco Alloysio et
Tharesiae Lorkim Conjugibus eorumq Successoribus
dedit et rite contulit, hac ejusdem personali Rela:
tione ad prdmissa Mediante. Quam Nos de Jure:
firmam ac Validam haberi Volend Eandem ad Acta
Grod Suscipi, inscribi et exijdem fideliter descram,
Parti Postulanti Authentice Extradi permisimus Si-
gvorum fidem & Actum ut Sup

Actum Varsaviae Feria Secunda
in Crastino Dominicae Jubilatae Die
scilicet Vigesima Secunda Mensis A:
prilis Anno Domini Millesimo Se-
ptingentesimo Vigesimo.

Ad Relationem Ejusdem Illustrmi et Excelmi
Domini Supmi Cancellarij Regni.

Nº 6. Protestatur Gnōsus Blazowski
contra Gnōsos Stawski et Dro:
hoiowski.

Augustus Secundus

Augustus Secundus &
Significamus & Quod Venience personaliter ad Acta &:
Metrices Regni Cancellaria Nrā Majoris Gnōrus An-
dreas Błażouski Solenniter in et Contra Gnōsos Nico-
laum Stawski Prefectum Cohortis Loricatæ Magni-
fici Palatini Masovid et —— Drohoiouski Commili-
tonem Cohortis Loricatæ Mfci Ducis Wisniowiecki Pa-
latini Cracovien et alios ipsis de Nominibus Melius No-
tos post quam vero innotuerint quovis in termino Spe-
cificand questus et protestatus est reassumendo anteriores
Protestationes Coram Actis quibus vis authenticis Regni fo-
ctas, easdemq in toto renovando, idq in eo. Quia Ipsi non
veriti pœnas Legum et Constitutionum Regni Antiquior
ac recentium contra Convulsores Privilegiorum a Nobis
bene Meritis in Republica Civibus Collatorum Satis digni-
dissime descriptas, non contenti eo quod prætextu cujusdam
Administrationis Sibi a Magnifico Supremo Thesaurario
Regni Nri adsinistram Delationem impetratæ, facto
Secum Conditamine et Cointeligentia Bona Villæ Bursy-
ce in Paltu Rusciæ Terra Premisliens consisten Jure
advitalitio Vigore Privilegij Nri Protestand Subiecta Su-
perinegritarunt, Superinegritandoq multa Damna in-
jurias ac Oppressiones Honoris Lesiones et aggravatio-
nes perpetrarunt, nunc in Majorem Sui Protestantis ag-
gravationem procedendo Mandatum ad Judicia Nra aspec-
rialia extradi Sibi Protestanti Procurarunt, Processumq
injustum instituerunt, Sub Registris non modico tem-
pore Grodnæ et hic Varsaviæ Se Protestantem detinue-
runt, Variis dissugijs et protellationibus allaborando
Dilationem ad munimenta obtinuerunt, per quod Sum-
mo pere Gnosum Protestanten aggravarunt, in damna non

modica

non modica Superinduxerunt, Ratione quorum tum et pro-
cessus indebiti pœnas Legibus Regni Constitutas Succum-
erunt et inde traxerunt Qua propter ijdem protestatus
Sj cavendo indemnitati Suæ iterum atq; iterum quam Solen-
nissime Sj testatur offerendo se Sj missa omnia ubi de Ju-
re venerit Jure vindicaturum Velle, Salva ejusdem Pro-
testationis Augend Meliorand Sive per Citationem ampli-
and Sj pleno in robore reservata et præmissodita Jauitate
pro Majori Vero firmitate manu propria Sese Sub-
scripsit Andrzey Błazowski mmpp Quam Ejusmodi Pro-
testationem Sic ut Sj missum factam Nos ad ctcta Jsem
Susipi inscribi et exijsq; fideliter descriptam Parti Po-
stulanti Authentice Extradi permisimus Jnq; est Actum ut Sup

Actum Varsaviæ Feria Quarta Post
Dominicam Jubilate proxima Die Vi-
licet Vigesima Quarta Mensis Aprilis
Anno Domini Millesimo Septingen-
tesimo Vigesimo.

Extra / Oblata Submissionis per Gnōsum
Falęcki Coram Actis Palatinalib;
Culmen Recogita.

Augustus Secundus &
Significamus & Oblatas esse ad acta Jsem Metricis
Regni Cancellariæ nrie Majoris Literas Authenticas
ex Protocollo Actorum Castren Palatinealium Culmen
Extractus Sigillog Magnifici Palatini Culmen et
Capitanei Covalien Sigillatas Sanas, Salvas, et illa-
sas, Nullaq; prorsus Suspitionis Nota Caren Tenoris
Seqventis. Actum in Castro Kovalien Coram Officio
Castren Palatinali Culmen Feria Quinta post Domi-
nicam

nicam Misericordiæ proxima Anno Domini Millesimo
Septingentesimo Vigesimo Coram Officio Actisq Gsentibꝫ
Castren Covalien Palatinatus Culmen personaliter
Comparens Gnōsus Joannes Stanislaus Bini Nominis
Falecki Burgrabius Castren Paltus Culmen recessu a
propria Jurisdictione facto Sui vero Prædicti Castren
Capitaneali Culmen Jurisdictioni qvo ad Actum infra:
scrum Recognoscend Spectat et pertinet totaliter Cum
Bonis omnibus et Successoribus Suis Submittend et
incorporand Sanus Mente et Corpore existens Mani-
feste liberꝫ Recognovit ac Se et Suos Successores
in et Super Bona Suis Generaliter omnibus Sum:
misꝫ gribus vis pecuniarijs habitis et habend Illmo
et Exclmo Dño Joanni Stanislao in Ducatu Ostrogi:
censi Mariampol Balszowiec et Podkamien Jablono-
wski Palatino Generali Terrarum Prussiæ Sveciæ
Mosciæq Capitaneo episcꝫ Successoribus in posterum
Capñeis Sveciæ Subscribit Submittit et Obligat Suc-
cessibus Qvia ipse debebit Suisq Successores tenebuntur
instrumento Certo prorogationis Juris Emphithe-
utici de Actu et datæ Q. Varsaviæ Die Vigesima Quin-
ta Mensis Februarij Anno Curent Super Bona Villa-
rum Surostaw et Surostawek in Capitaneatu Sve-
cien Consisten in rem Sui Recognoscen per Prædictum
Illrmum et Excelmum Jablonowski Palatinum Ge-
neralem Terrarum Russiæ procurato et per Sacræ
Regiam Mtem Varsaviæ Die Decima Tertia Men-
sis Martij Anno itidem Curren approbato et Confir-
mato in omnibus Contentis Clausulis Nexibus Liga-
mentis et Conditionibus Universis in Dcto Instrumento
totaliter

totalitor et plenarie Satisfaure et eadem omnia adimplere fa
cturus est Promissa et impleturus Memoratus Gnōsus Recogno:
scens Suis Cum Successoribus Sub Vadio Trium millium flo:
renor Polonicalium Monetæ Kuthenicæ suis Successoribus Bo:
na Sua Omnia libere assumptu et imposito in Casu Nonad
impletionis premissorum ad Solvendum Succumbendo. Pro
quo Quidem Vadio premisso quo omnibus et Singulis non
Completis nihilominus Compendis citatus Gnosus Recogno:
scens in Castro Skarszevien Paltus Pomeranie Sive ha
bens peremptorie Sine appellatione Ejusq; prosecutione
tum et quibus vis beneficijs ac diffugijs Juris respondebit
forma firma Manente. Hac Sua personali Recogniti:
one ad id accedente. Ex Protocollo Actorum Castren
Palatinalium Culmensium Extradit Brzozowski mp Locus
Sigilli Palatinalis Culmen. Quas Supra insertas Literas
Nos ad Acta presens Suscipi inscribi et ex jisdem fideliter
descriptas Parti Postulanti Authentice Extradi permisi-
mus & Improrum fidem Actum ut Sup Relaō Illmi Supmi C. R
Ordinant Plenipotentes Mta Czar:
toryscy Conjuges Procancellarij
magni Ducatus Lithuaniæ ad
causas Suas.

Augustus Secundus &

Significamus & Quod Coram Actis presentibus Metri
ces Regni Cancellariæ Nrē Majoris Compārentes per
sonaliter Magnifici Casimiri Dux in Klewan et Zukow
Czartoryski Procancellarius M. D. Lit. et Izabella de
Raczyńskie Morsztynowna Conjuges Legitimi Maritus
quidem prius. Conjunx vero in assistentia Ejusdem
Mariti Sui

mariti Sui Agen d'am Mentibus et Corporibus existen red-
dendo a Foro Terris et Jurisdictionibus Suis quibus vis pri-
vijs Sui Autem Jurisdictioni Mâ Regiâ quo ad infra
scra Recognoscen attinet Sere Subijciendo et in Corporam
palam publice ac benevole recognoverunt et quinq illorum
Suo pro interesse recognovit. Quia ipsi ad omnes causas Ci-
as Judiciarias ingvovii Judicio et Officio Regni nostri M.
D. Litt.e Majoris et Minoris Subsellij Nec non spirituali
etiam Nuntiature Applicâ in Regno Nro Commoran
habitas et habendas in Suos veros legitimos et indubitatos
Plenipotent ac Mandatarios Inõos Andream Drewnowski
Judicem Terrestrem Nuren Fabianum Kijewski Judicem
et Vice Capitaneum Castrensem Ciechanovien Laurentium
Vendeleuski Vschovensem, Joannem Kossowski Palatinat
Podlachiâ, Thesaurarios Antonium Rogala Zawacki Cast.
men, Stanislaum Meyer Livonid Tribunos, Joannem
Kramkowski Bielscensem Michaelem Niwicki Trocen
Pocillatores Stephanum Cedrowski, Josephum Olszewski
Notarium Castrensem Trz'bovolien Markowski Nota-
rium Castren Cameneccn, Laurentium Radzikowski,
Regentem Michaelem Wgrowski Viceregentem Castren
Livensis, Ludovicum Zebrowski, Kumanieckí
Glinieckí, Antonium Strawinski Henricum Cer-
drowski Ignatium Lanienski, Josephum Legowicz
Stephanum Gotkbicki Luccoriensem Vladislaum Lebiodo-
wicz Vlodimirien, Alexandrum Jaworski Cremenecen
Regentem Castren, Joannem Zurski Camerarium Dro-
hicen, Albertum Dgbrowski Vice Palatinum Terrd
Livens Antonium Domanski Joannem Laborowski Lu-
dovicum Laski Carolum Kielczewski Stanislaum Tar-
czewski Michaelem Majewski Michaelem Nagrodz-
ki Albertum Wlazkiewicz Chrisostomum Boguse-
wicki

wski Joannem Pronkowski Andream Moranti Joan:
nem Lipczewski Stefanum Wisniewski Ja=
miołkowski Dąbrowski Franciscum Łączyn:
ski Notarium Actuum Consistorij Pultovien, Fran:
ciscum Kobielinski, Simonem Pniewski Georgium
Szczawinski Sebestianum Szoc Bersicki Petrum
Ciechowski Antonium Zielenicwicz Thamp:
Montewe Joannem Szulborski Pocillatorem Mscist:
vien Joannem Sawicki Spiridowicz Ostan:
kiewicz Mathiam Sierodzki Antonium et Mihae:
len Brzezieckich Fratres fecerunt elegerunt Con:
stituerunt, et Solenniter Ordinaverunt prout gviden
faciunt Eligunt Conituunt et Solenniter Ordinant
idq ad adintegrum Triennium ab Actu Psen Compu:
tan dantes et Concedentes ipsdem Plenipotem omnibus
insolidum et Cuilibet eorum Distinctim et Divisim eas:
dem omnes et Singulas Causas Suas tam ex Actora:
tu qvam reatu Cumqvibus vis personis Occasione qva:
vcung rerum in omni Judicio et Officio Regni Ma:
joris et Minoris Subsellij Cujuscung Terra et Distri:
ctus Sive etiam Tribunalitio Regni Petricovien Sive:
Lublinen tum Apessoriali Nostro nec non Judicijs
Spiritualibus Consistorialibus aty Tribunalis Nun:
tiatur Apostolicd habitas et habendas institutas
et instituendas promovendi Agendi defendendi Exce:
ptiones qvasvis Juridicas inferendi Juramenta dese:
rendi auscultandi Decreta qvdvis pro parte Sui Re:
cognoscen lata favorabilia acceptandi, a prdgrava:
minoris vero adqvem de Jure appellandi Moven
Appellationes prosecqvendi pdnas Judiciarias Le:
vandi delevatis et perceptis qvietandi Executiones
Decretorum Urgendi Intromissiones in Bona Acce:

ptandi

ptandi dandi Cdteray pro Causarum exigentia
juris debito Ordine perayendi et exequendi Caventes
et promittentes idtotum qd qd per prdnomina:
tos Gnosos Plenipotentes in rem et Commodum ac Ni
tilitatem Sui Recognoscend rite ac legitime actum ga:
ctum gestum Constitutumq fuerit de et Successoros
Suos pro rato grato ac firmo Suscepturos. Hac illo:
rum personali Recognitione ad premissa median:
te alias informa Plenipotentiæ de jure plenissi:
ma ac perfectissima. Pro Majori vero firmitate
manu propria sese Subscripsit. Casimirus Prin:
ceps Czartoryski Dux in Klewan pro Cancellarius
M D Litto mpe Isabela Xiżna Czartoryska P. W. X Litto
Quam ejusmodi Plenipotentiam sic ut premissum
Factam et recognitam nos firmam ac de jure vali:
dam Haberi volen eand ac Acta psen Suscipi jn:
scribi et ejusdem fideliter descriptam Parti Postu:
lanti Authentice extradi permisimus in quorum
Fidem Actum ut Sup

Ordinat Plenipoten Mus
Dux Czartoryski Procdncd:
larius M. D. Lithuanid

Augustus Secundus &

Significamus Quod Coram Actis psen Metrices
Regni Cancellarid Nrd Majoris Comparens per:
sonaliter Magnificus Casimirus Dux in Klewan et
Zukow Czartoryski Procancellarius M D Litte Sa:
cras Mente et Corpore existens recedendo a Tor:
ris Terris et Jurisdictionibus Suis gibus vis propriis
Suis Autem Jurisdictioni Nrd Regid quo adin:
fraşra recognoscen attinet Sese Subicien et in
corporando

corporando palam libere ac benevole recognovit et præ-
sentibus Recognoscit Quia ipse Suo et Magnifi:
ce Isabella De Raiborsko Morsztynowna Consor:
tis Suæ procuris ratihabitione in forma Juris Fle:
nissima cavet Nomine ad levandam demanibus Rdi:
di in Xto Patris Leonis Kiszka Archiepiscopi Metro:
politani Kijovien Haliciен et totius Russiæ Episcopi:
Ritus Græci Vlodimirien et Bresten ac Kijovopieciar:
scen et Superien Archimandritæ Summam ex Summa
Capitali centum Quadragenta Millium florenorum Po:
lonicalium per eundem Rdum in Xto Patrem Leonem
Kiszka Contractu certo Obligatorio de actu et data 9bris
in Bonis Zimno die prima mensis Julij anno Dñi 1718
nec non Subsequenti ejus Asecuratione de actu et data
Vlodimiriæ die nona Mensis Julij anno eodem 1718 in:
scriptis et asecuratis actis Castren Vlodimirien roborat:
restantem Sibi Recognoscen debitam in suum verum
Legitimum Specialem ac indubitatum Plenipotentem
Dnōsum Michaelem Ninicki Pocillatorem Trocensem
Sicut elegit Constituit et Solenniter ordinavit prout
quidem fecit elegit Constituit et Solenniter ordinat:
Dantes et Concedentes eidem Dnōso Plenipotentiario
plenariam facultatem et omnimodam absolutam;
potestatem Summam præmissam, quæ et quanta ex
Calculo cum eodem Rdo in Xto Patre Metropoli:
ta incando apparuerit levandi de levata et perce:
pta quietandi in casu vero non exolutionis Ejusd
Summæ in termino asecuratione prædicto cum eode
Rdo in Xto Patre Leone Kiszka Jure agendi causan
et actionem eidem ad quodvis Judicium et officium
Regni instituendi intentandi promovendi defende:
di Decreta quævis pro Parte sui Recognoscen fa:

vorabilia

vorabilia acceptandi agravaminoris vero adgrem de
Jure appellandi movendi Appellationes prosequendi
pœnas Judiciarias levandi de levatis et perceptis gri:
etandi Intromissiones in Bona Urgend et acceptandi
Juramenta audiendi et deferendi, Cæteraq Omnia et
Singula Bonos et Legitimos Plenipotentes Concerna
in rem Commodum et utilitatem Sui Recognoscen
peragendi et exequendi cavens et promittens id totum
grid quid per Memoratum Plenipotentem Suum ri:
te ac legitime actum factum Gestum Constitutamq
fuerit se et Mtam Consortem Suam ac Successores
eorum pro rato grato firmo Susceptur Hac illig
personali recognitione ad Omissa Mediante alias
informa Plenipotentiæ de jure Plenissima ac per:
fectissima. Pro Majori vero firmitate Manu propri:
a Se se Subscripsit Casimirus Princeps Czartoryski
Dux in Klewan Pro Cancellarius M.D. Litt.mi Quam
Ejusmodi Plenipotentiam sic ut præmissum factam
nos firmam ac de jure Validam haberi Volen cang
ad Acta Pœn Suscipi inscribi et exiis fideliter de:
scripto Parti Postulanti Authentice extradi permi:
simus Ingrorum &.

Relatio Ministerialis Regni.

Extra

Gnális Data Intromissionis Gnôsis Loskim Conjugibus in Advocatias in Villa Wielka Wo: la Capitaneatus Varsaviensis.

Augustus Secundus &.

Significamus & Vos personaliter veniens ad Acta
Pœn Metrices Regni Cancellariæ Nræ Majoris
Nobis

Nōbis Alexander Leszienieuski Ministerialis Rñ
Gnālis Authenticus et Juratus in vim Sud vere et
fidelis Relationis palam libere ac benevole recogno.
qvia ipse ad reqvisitionem Gnorum Francisci alvis.
ij Loski Succamerarij Terre Varsavien Cancellarie
Minoris Regni Regentis et Thereside Czauzkouska
Conjugum Legitimorum habitis Cum duobus Nobili:
bus Videlicet Gnōris Alberto Piaskouski et Alberto Sa:
gatouski Praterito die Sabbathi Die Scilicet Vigesima:
mensis Aprilis Anni Curren ad Villam Wielka Wo:
la Capitaneatus Varsavien advocatiasq inibidem
existen Condescendit ibidemq Vigore Privilegiorum
Nostrorum Super prōfatas advocatias Gnōris Loskin
a Nobis gratiose Collati. Intromissionem realem cū
Actuali et pacifica possessione in Supra dictas Advo:
catias Curiam Prædium atq fundos aliasq attinen
et pertinen Observatis omnibus Juris Solennita:
tibus Circa ejusmodi Actus fieri et observari Soli:
tis prēmissaq omnium Jus et interesse aliqvod ad
memoratas Advocatias habentium et prētendenti:
um ter et ultra Juris Solitam formam qvater vo:
ce Sonorosa et præconica acclamatione Nomine im:
pugnate neq Contradicente eisdem Supè nominatis
Gnōris Francisco Aloisio Loski et Thereside Czauz
kouska Conjugibus dedit et rite Contulit. Hac:
illius personali Recognitione ad prēmissa Mediante.
Qvam nos ad Acta Gsen suscipi inscribi et
exijdem fideliter descriptō Parti Postulanti
Authentice extradi permisimus Gnorum fidem
Actum ut Sup

Actum

Actum Varsaviæ Feria Quin-
ta post Dominicam Cantate
proxima Die Scilicet Secunda
Mensis Maij Anno Domini
Millesimo Septingentesimo Vi-
gesimo.

Ad Relationem Illrmi & Excelmi ac Re-
verendissimi Domini Joannis Casimiri ab-
batis Pokum Eccli Culmen et Pome-
saniæ Abbatis Czervenen Procancel Regni.

Oblata Rescripti Regij pro Parte Eggregij Raphaelis Sztaba.

Augustus &

Significamus & Oblatas esse ad Acta Metrices Re-
gni Cancellariæ Nrè Majoris Literas infrascras Re-
scripti Nri Regij ad Civitatem Neostadien datt Ma-
nu Nostra Regia Subscriptt et Sigillo Regni Cancel-
lariæ Nrè Minoris Communitt Tenoris Seqven-
tis Augustus Secundus Dei Gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ,
Samogitiæ, Kijoviæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolenskiæ, Severiæ, Czernichoviæq nec
non Hæreditarius Dux Saxoniæ et Princeps Elector
Famatis Procunsuli Consulibus advocato Scabinis to-
tiq Magistratui Civitatis Nrè Neostadiensis Fi-
deliter Nobis dilectis Gratiam Nram Regiam Fama-
ti Fideliter Nobis Dilecti. Ad Supplicationem
Eggregij Raphaelis Sztaba qui ratione quarun-
dam injuriarum Famato Paulo Krÿgert anno
proximo et immediate gllatarum a Judicio Vestro
Scabinali

Scabinali graviminosissime judicatus fuerat, Nobis non-
ita pridem factam de Suprema potestate et Clementia
Nra Regia certam protectionem et restitutionem
ejusdem ad Jura Civitt prdnominato Egregio Ra:
phaeli Sztaba Concessimus, et pristino Civili Hono:
ri Juribusq ac Exercitio Mercatoriali restituimus
et redintegramus. Quam quidem protectionem et resti:
tutionem eidem datam per fidelitates Vestras acce:
ptandam et ad Jura Civilia dictum Egregium Szta:
ba redintegrandum esse Comperimus Decretaq Ju:
dicij Vri in Omnibus eorum Contentis et punctis tan:
quam Juri et Aqitati Contraria Jsend Literis Nris Cas:
samus, et arigore orundem Decrorum Contra Sspesa:
tum Egregium Raphaelem Sztaba Ejusq Consor:
tem latorum tam in punctis pdnar. quam et a Suc:
cessione Parentum jure Naturali in eum devoluta
abjudicationis de plano Liberum et absolutum cum
impositione perpetui Silentij et Satisfactione pro:
Litis expensis declaramus. Mandantes Serio Fideli:
tatibus Vris quatenus Sspesatus Sztaba sine ulla
prdspeditione in Civitate Nostra Neoitadiensi cum Con:
sorte ac Familia Sua domestica Commoretur, Officia
quavis Licita et Honesta tute ac Secure exerceat, nec
in exercendis a quopiam prdspediatq, idq Sub pdnis
Quadringentorum Aureorum Hungaricalium, ex qui:
bus Medietas a Contravenientibus ad Fiscum Nostrum
pertinere debebit alia vero Medietas ad Partem Cui:
licet toties Memoratum Raphaelem Sztaba, gra:
vata Se Senticnti. In quorum fidem prasens Rescriptu.

manu

manu Nrá. Subscripsimus Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die XXI mensis Martij Anno Domini M.D.CCXX. Regni vero Nri XXIV. Anno. Augustus Rex Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni Franciscus Thadæus Krotoński Dapifer Braslaviens. S.R.M.tis et Minoris Sigilli Regni Secretarius mpp Relatum ad Civitatem Neostadien Pro Egregio Raphaele Sztaba. Quas Suprainsertas Relationis Nri Literas Nos ad Acta Jd. sem Suscipi inscribi et ex iisdem fideliter describi Jdtt. Parti Postulanti Authentice Extradi Originale vero rursus restitui permisimus In quorum fidem Jsens Sigillum Regni est appressum Actum ut Sup.

Actum Varsaviæ Sabbatho proxima die Dominicæ Rogationum Diei scilicet quarta Mensis Maij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Vigesimo.

Ad Relationem Ejusdem Illmi Excellmi & Rndmi Dni Joannis Casimiri ab Althen Bokum Equitis Culmend et Pomesa. niæ Abbatis. Czerwienens Procancell Regni.

Approbat et Confirmat Donationem et Cessionem Jnosa Mariæ de Lubomierskie Towianska Pocill. Regni.

Augustus Secundus R.

Significamus Quod Coram Actis Jsentibus Metricis Regni

us Regni Cancellarie Nre Majoris Comparens per-
sonaliter. Dnosa Maria de Lubomierskie Dnõi Christo
phori in Nieborow Towianski Pocillatoris Regni Sole:
cen Medereen & Capitanei Consors legitima in ops:
stentia Rndi in Xto Patris Domini Joannis Casimiri
ab althen Bohum Episcopi Culmen et Pomesanid
Abbatis Czervenen Procancellarij Regni Nri Avunculi:
sui Agens, Sana Mente et Corpore existens recedendo
a Foro Terris et Jurisdictionibus suis qribus vis pro:
prijs, huic autem Jurisdictioni Mtã Regiæ qua adin:
strascrã recognoscendi attinet Sese Subjicien et incorpo;
ran palam libere ac benevole recognovit et psentibus
recognoscit. Quia ipsa donationem Bonorum Wierz;
bica cum attinen per Suprascrum Dnõsum Maritũ
Suum ac Se Recognoscen in castro Radomien, tum
Cessionem de Juribus Uxoreis per se ipsam, in ops:
stentia Dnõi Joannis Lubomirski Equitis Meliten;
sis Fratris Sui Germani inibidem Feria Quinta post
Dominicam Reminiscere Quadragesimalem in Anno
Millesimo Septingentesimo Decimo Octavo prosti;
me preterito in personam Dnõi Simonis Olszyn;
ski Venatoris Terræ Varsavien factas et Reco;
gnitas, approbat Confirmat et ratificat Submittens
se Supefatas Transactiones Tam in toto qvam in;
qvavis minima parte tenere Complere exeqvi in:
violabiliterq observare idq sub damnis Terrestri;
bus Simplicii Assertione absq Juramento taxandis
et dicendis. Pro qvibus req ipsa principali in Ca:
sum Contraventionis citata in qvovis Judicio Seculi
ció

